CONCLUSIONES CANONICAE DE IURISDICTIONE, ET IUDICIS ORDINARII...

Paul Laymann

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
19 A
54

I. M

F
IX
27

13 – 23. 6. 69.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Dom· Prof· Ro· Soc· Ieſu· Bib· C·

CONCLVSIONES CANONICÆ

De IVRISDICTIONE, ET IVDICIS ORDINARII POTESTATE.

à

R. P. PAVLO LAYMANN, SOCIETATIS JESV THEOLOGO, ET SS. CANONVM IN CATHOLICA VNIVERSITATE DILINGANA Profeſſore Ordinario

Propoſitæ.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

M. DC. XXVIII.

Cum Facultate Superiorum & Priuil. Sac. Cæſ. Maieſt.

DILINGÆ,

Formis Academicis.

Impenſis CASPARI SVTORIS.

Digitized by Google

PRAEFATIO.

PRæcipuam, & maximè vtilem materiam de iuriſdictione, & officio Ordinarij, quæ pluribus iuris Canonici locis ſparſa, præſertim lib. 1 & 2. Decret. copiosè tradita eſt, breui concluſionum compendio collegimus, in ſtudioſorum gratiam. Capita autem Diſputationis hæc erunt: I. De Iuriſdictione & foro competente. II. De iuriſdictionis Prorogatione, & Iudicis Recuſatione. III. De Iudice Ordinario generatim. IV. De Iuriſdictione, & Poteſtate Epiſcopi. V. De Vicario, ſeu Officiali Epiſcopi. VI. De Ordinarijs Religioſorum Prælatis. VII. De Iuriſdictione Archidiaconi, Archipresbyteri, Collegiatæ Eccleſiæ Rectoris, & Decani ruralis. VIII. De Parochis, eorumque Vicarijs, & Cooperatoribus.

Caput

Digitized by Google

Caput primum.

DE IVRISDICTIONE ET FORO COMPETENTE.

CONCLVSIO PRIMA.

IVriſdictio definiri poteſt, quod ſit *poteſtas Publicæ auctoritatis circa aliorum regimen, ſeu gubernationem.* Igitur qui iuriſdictione præditus eſt, publica perſona eſſe, & eatenus ſubditum habere debet. Porrò licet & Dominus in ſeruum, maritus in vxorem, tutor in pupillum, pater in filiumfam. Magiſter in diſcipulos, auctoritatem habeant, & ſub culpa etiam, imperandi *a* poteſtatem, ea tamen iuriſdictio propriè non eſt; cùm magis ad domeſticam *b* & priuatam, quàm publicam gubernationem ſpectet.

a *Syl. Ver. f. lij q. 22. Nau. in man. c. 14. n. 12.*

b *S. Th. 2. 2. q. 58. a. 7. ad 2. & 3.*

II. Iuriſdictio diuiditur *a* in eam, quæ eſt fori externi; & quæ interni ſeu conſcientiæ fori: vtraq; ſubdiuiditur in ordinariam, ac delegatam. Quæ autem externi fori iuriſdictio, variè diſtinguitur: In voluntariam, & contentioſam; In Eccleſiaſticam, & ciuilem; In ſimplicem iuriſdictionem, & imperium: Denique imperium in merum, ac mixtum, varioſque gradus *b* diſtingui ſolet.

a *Theol. mor. lib. 1. tr. 4. cap. 5.*

b *Bartol. in l. Imperiū, ff. de iuriſd. omn. Iud.*

Digitized by Google

III. Iudex eſt veluti dux, ſeu auctor cuiuſcunque iudicij; qui ſi competens non ſit, ſeu non præditus iuriſdictione, in ordine ad hanc cauſam, irritum eſt, quod ab eo agitur, per ſe loquendo. Quare docent *a* cōmuniter, quòd ſententia lata à Iudice non competente, ſeu cuius iuriſdictioni Reus ſubiectus non eſt, ipſo iure irrita ſit; ita, vt hæc exceptio nullitatis ſemper opponi poſſit *b* & nunquam excluſa cenſeatur. Per accidens tamen, propter publicam ignorationem, tam iuris, quàm facti, Iudicis, vel alterius publici Miniſtri acta, in externo, aut interno foro, ipſa lege & voluntate Principis, ob publicum bonum *c* ſuſtinentur, non obſtante impedimento occulto; dummodo id ex poſitiuo iure prouenicns, diſpenſabile ſit. E. C. Si Parochus Diaconum, qui publicè exiſtimatur Sacerdos, mittat ad aſſiſtendum matrimonio, benedicendum aquam, aut nuptias, licet mortaliter peccet, acta tamen à Diacono valida ſunt: Sin autem eundem mittat ad confeſſiones audiendas, abſolutio irrita eſt.

a tit. C. Si à non competente Iudice.

b Gl. in Clē. Vn. Ver. non obſtante, de ſequeſt. poſſeſs. & fructuum, Seb. Vantius de nullit. ex defectu iuriſd. n. 4. Gaill l. 1. obſ. 42. n. 11.

c arg. l. Barbarius, 3. ff. de offic. Prætor. docent DD. allegati Lib. 1. Th. mor. tr. 4. c. 22. n. 9.

IV. Diſcernendum eſt, num iuriſdictio pertineat ad ſubſtantiam, & valorem actus; an verò tantùm, vt licitè fiat Nam inter Sacramenta nouæ legis vnicum eſt, videl. Pœnitentiæ, ad cuius adminiſtrationem, præter ordinis ſacerdotalis poteſtatem, etiam iuriſdictio in Miniſtro ſubſtantialiter requiritur: At verò in alijs Sacramentis duntaxat vt licitè adminiſtrentur, exigitur, ordinariè loquendo, iuriſdictio, aut quædam commiſſio, ſeu demandatio ab habente iuriſdictionem: Non vocamus

Digitized by Google

camus *a* tamen delegationem: neque enim qui ex Parochi v. g. commiſſione Extremæ vnctionis Sacramentum miniſtrat Sacerdos, iuridictione aliqua vtitur, ſi propriè loquendum ſit.

a Guil. Durandus in ſpeculo iuris, lib. 1. p. 1. tit. de iuriſdict. omn. Iudic. §. 1. *n.* 28.

V. Quatuor ſunt modi ordinarij, quibus aliquis forum ſortitur *a*, ſeu iuriſdictioni ſubijcitur; ratione *domicilij, delicti, contractus, & rei in territorio ſita.* Extraordinariè autem aduena Romæ exiſtens, ex quacunque cauſa ſeu delicto, etiam alibi commiſſo, conueniri *b* poteſt; quòd ea communis omnium patria *c* eſſe cenſeatur. Cæterùm ſi quis ex cauſa neceſſaria, v. g. in cauſa Eccleſiæ ſuæ, vel vt legatus, eò acceſſerit, tum niſi periculum in mora ſit, ius ei conceditur litem domum reuocandi ad forum domicilij *d*, vbi meliùs inſtructus eſt. Quãobrem iſte eſt maximè vſitatus modus declinandi forum Iudicis; ſi Reus conuentus dicat ſe iuriſdictioni ſubditum non eſſe vno ex modis recenſitis: Et dicitur hæc exceptio fori declinatoria *ratione perſonæ.* Præter illam autem ſunt aliæ exceptiones *e* declinatoriæ; Videl. *ratione cauſæ*, vt ſi Laicus conuentus coram Iudice ſeculari in cauſa iuriſpatronatus, dicat eam Eccleſiaſticam eſſe; Et *ratione loci*: Vt ſi aliquis in loco exempto, aut extra territorium Iudicis conuentus, excipiat, locum competentem non eſſe.

a cap. Vlt. de foro comp.

b *cit. c. Vlt.*

c *l. Roma, 33. ff. Ad Municip. Farinac. in praxi, q. 7. n. 11. Tancredus de ordine iudic. lib. 2. c. 5.*

d *cit. c. Vlt.*

e *Clarus in pract. q. 35. n. 1.*

VI. Duplex *a* eſt forum domicilij, videl. originis, & habitationis. Tametſi verò domicilium originis (ſeu locus, in quo aliquis à matre non tranſeunte tantùm, aut ad tempus breue commorante, ſi alibi domicilium fixum habuit, ſed inhabitan-

a l. incola, 29. ff. Ad Municip.

Digitized by Google

bitante *b* natus eſt) inſeruiat ad alios effectus ; vt quod firmiſſimum ſit, & immutabile *c*: Item ad ordines ſuſcipiendos *d* ab Epiſcopo originis, non minùs, quàm ab Epiſcopo beneficij, aut domicilij; attamen in ordine ad iuriſdictionem acquirendam, quàm maximè ſpectatur domicilium habitationis, aut beneficij reſidentiam poſtulantis : Id enim abſolutè iuriſdictioni hominem ſubijcit : at verò domicilium originis ſecundùm quid *e*, vt conueniri ibi poſſit duntaxat ſi in loco præſens ſit. Quin imò teſtatur Andr. Gaill *f* in Germania noſtra per arbitrariam *g* domicilij mutationem, amitti iura originalia , tum quoad munera , & præſtationes , tum quoad iuriſdictionem ; adeò, vt in quibuſdam ciuitatibus, ob hanc liberationem, quippiam, ſecundùm bonorum æſtimationem, penſitandum ſit.

b *Arg. l. ciues, 7. C. de incolis, lib. 10. Abb. in c. Rodulphus, n. 9. de reſcr.*
c *l. adſumptio, 6. ff. Ad Munic.*
d *c. 3. de temp. ordin. in 6.*
e *Bartol. in cit. l. adſũptio, n. 2 Abb. in c. 1. n. 6. de foro comp.*
f *lib. 1. obſer. 36.*
g *l. domicilium, 20. ff. Ad Municip.*

VII. Prærogatiua domicilij habitationis in duobus potiſſimùm conſiſtit : I. Quòd iudex domicilij iuriſdictionem habeat in perſonam , etiam dum extra territorium ſeu diœceſin moratur: cum enim abſolutè ſubdita ſit , non tollitur eius ſubiectio per egreſſum. Quamobrem etiam abſentem Iudex conſtringere *a* poteſt , non quidem citatione reali, ſeu captura ; (iſto enim actu iudiciali violaretur aliena iuriſdictio) ſed citatione verbali ; quippe quæ in proprio territorio decernitur , licet eius intimatio per nuntium foris fiat. Atque hac ratione clericus v. g. per præceptum, ac ſententiam Epiſcopi, etiam extra territorium præcipientis, propter contumaciam *b* excommunicari poteſt.

a *Arg. c. cùm contingat, 13. de foro compet. & docet Ioan. Monach. in c. 1. de foro comp. in 6. Imola in c. Vlt. n. 9. Felin. n. 24. extrà eod.*
b *Abb. in cit. c. Vlt. n. 24. Th. mor. lib. 1. tr. 5. p. 1. c. 4. n. 7. contra Auilam de cenſur. p. 2. c. 3. diſp. 2. dub. 2. concl. 4 & 5.*

II. Quòd

II. Quòd ſubditus ratione domicilij, extra territorium delinquens, (niſi à Iudice delicti præuentus fuerit) citari, puniri, imò ob contumaciam, etiam abſens, *c* excommunicari poſſit à iudice domicilij.

Ioan. Andr. & Imola in c. 3. de foro compet.

VIII. Sed & quaſi domicilium, ſeu inhabitatio loci, animo permanendi negotij cauſa, ad tempus non breue, ſed vltra medium annum, ſufficit ad iuriſdictionem acquirendam, videl. in ſtudioſis, famulis, militibus præſidiarijs, &c. vt interim, dum ibi morantur, conueniri *a* poſſint ſuper contractibus, & delictis, etiam alibi comiſſis. Quod & in pænitentiæ foro, atque Sacramentorum (excepto Ordinis) adminiſtratione, locum *b* habet: adeò, vt talis perſona, ſi alibi domicilium fixum, ſaltem paternum, habeat, vtrique Parocho v. g. peccata confiteri poſſit.

c *Abb. l. c.*

a *Gl. in l. 2. C. Vbi de criminibus, Abb. in c. quod clericis, n. 5. & c. cùm contingat, n. 29. de foro com.*

b *Sanch lib. 3. de matrim. diſp. 23. n. 12. Th. mor. lib. 5. tr. 6. c. 10. n. 5.*

IX. Ratione delicti aduena efficitur ſubditus ejus Iudicis *a*, in cuius territorio deliquit. Id verò intelligendum eſt de tranſgreſſione legum, quæ iuris communis, aut diuini ſunt, vt ſi peregrinus blaſphemet, carnes die interdicto comedat. Quòd ſi ponamus, carnium comeſtionem ſub ex communicatione in diœceſi prohibitam eſſe, peregrinus eo in loco carnes comedens excommunicationem *b* non incurret: cùm non obligetur generalibus ſententijs, ac ſtatutis *c* loci proprijs.

a *c. poſtulaſti, 14. de foro comp. c. 1. de raptor. l. 1. & Auth. C. Vbi de criminib.*

b *Mor. Theo. lib. 1. tr. 5. p. 1. c. 4. co-rol. 2. c. eod. lib. 1. tr. 4. c. 12.* c *Th. mor. lib. 1. tr. 4 c. 12.*

X. In foro Sacramentalis pænitentiæ non ita, vt in externo, ſubijcitur aliquis Ordinario, in cuius diœceſi, aut parochia deliquit. Nam in ex-

terno foro Reus Rempubl. offendit; quare ibi puniri debet, *a* vbi deliquit, ad aliorum exemplum. At verò iudicium Pœnitẽtiæ tendit ad abolendam offenſam Dei; & ideo fieri debet à proprio Paſtore *b*, quem Deus vt miniſtrum, ſeu vicarium ſuum *c* homini conſtituit. Id verò peculiare eſt in vagis, ſeu nullibi domicilium fixum habentibus, quòd in externo foro puniri poſſint, & in Sacramentali abſolutionis foro iudicari de delictis vbicunq; commiſſis: quare dici ſolet, quòd *vagus d vbiq; ſortitur forum.*

a Auth. Vt nulli Iudicũ, §. Si verò quis, coll. 9.
b c. Omnis vtriuſq; 12. de pænit. & remiſſ.
c Abb. in c. cùm contingat, n. 29. de foro comp.
d Gl. in l. 1. ver. reperiuntur, C. Vbi de crimin. Bern. Diaz. in pract. crimin. can. c. 9. Couar. in pract. qq. c. 11. n. 17. Th. mor. lib. 5. tr. 6. c. 10 n. 7.

XI. Si Titius exiſtens in diœceſi Auguſtana mandarit famulo, vt clericum percuteret; ille autem percuſſerit in diœceſi Conſtantienſi, Titius ratione delicti ſubiectus *a* eſt Epiſcopo Conſtantienſi. Inſpicitur enim locus, vbi delictum factum eſt. Idemque dicendum de ratum habente *b*, quod ſuo nomine in aliena diœceſi homicidium commiſſum eſt. Sed & idem aliqui ſentiunt *c* de eiaculante ſagittam in hac diœceſi, & occidente clericum ſtantem, trans fluuium v. g. Ileram, in altera diœceſi. Præſtat tamen *d*, vt dicamus, hoc caſu reum ab vtroque Epiſcopo citari, ac puniri poſſe, & locum dari præuentioni; ſicuti, ſi quis in confinijs hominem occidat. In eo verò conſentiunt omnes, ſi vulnus homini inflixeris in hac diœceſi, qui inde abiens mortuus eſt in altera, præferendum eſſe Iudicem loci, vbi percuſſio facta: quia ibi cenſetur cõmiſſum delictum, videl. homicidium, vbi *e* eius

a Abb. in c. vlt. n. 27. Felin. n. 14. de foro com. Farin. cit. q. 7. n. 47.
b Clarus in pract. q. 38. n. 7.
c Bartol. l. libellorum, n. 7. ff. de accuſat.
d Abb. cit. c. vlt. n. 25. Clarus n. 9. Farin. n. 46.
e Bart. loco cit. arg. l. Ait lex, 21. ff. Ad L. Aquil.

cauſa

Digitized by Google

cauſa efficax poſita eſt. Atque hæc inſeruiunt, vt intelligamus, Eccleſiam pollui per iniurioſum, & notorium homicidium, aut ſanguinis effuſionem *f*, ſi percuſſio hominis in Eccleſia facta ſit; tametsi is foras ſe recipiens, ibi ſanguinem fundat, aut moriatur; non pollui autem Eccleſiam, ſi foris percuſſus intro ſe recipiat, & moriatur, vel ſanguinem fundat.

f Theol. mor. lib. 5. tr. 5. c. 5. n. 7. & 8.

XII. Si Clericus in hac diœceſi crimen committat, ob quod, ſpectato communi iure, puniendus ſit, atque fugiat in alienam quamcunque diœceſin, ab Epiſcopo loci eius citari, ac *a* capi poteſt; non vt eum ipſemet puniat (niſi Regionis *b* conſuetudo permittat) ſed vt eum ad Epiſcopum delicti, ſeu potiùs ad Epiſcopum domicilij, aut beneficij remittat. Nam idem etiam in ſeculari foro obſeruatur *c*, ſi territoria ſub eodem principatu ſint: conſtat autem, diœceſes omnes eſſe ſub eodem Principe, videl. Papa, qui publica *d* lege clericos facinoroſos conſtringi, ac puniri iubet. Igitur vnus Epiſcopus alteri auxilium præbere poteſt, & ſæpe debet. Idque maximè locum habet, ſi Reus contumaciter in cenſura iuris, aut hominis, perſiſtat; cùm continuò delinquat, & Eccleſiam offendat; conſequenter ſubiacet aliquo modo Epiſcopo loci, vbi moratur; ſaltem, vt ad emendationem, & abſolutionem petendam compelli poſſit.

a l. ſi cui, 7. §. Vlt. ff. de accuſat. & Auth. Vt nulli Iudicũ, §. Si verò quis comprehenſorũ, collat. 9.
b Videri poteſt Gail l. 1. de pace publica, c. 16. n. 30.
c Philippus Francus in c. 1. §. contrahentes, n. 13. de foro comp. in 6. Couar. in pract. qq. c. 10. n. 11. Farin. cit. q. 7. n. 29. & conſtat ex cit. Auth. d *c. 1. de offic. Ordin. c. at ſi clerici, 4. c. cùm non ab homine, 10. de iudic.*

XIII. Si Officiales Reum perſequantur, dum in aliud territorium, aut diœceſin fugiendo, ſaluare ſe nititur, deſiſtere debent poſt fines pro-

Digitized by Google

prios. Quia capturam realem exercendo in territorio alieno, iuriſdictionem inuaderent: quare tali modo captus contra iura, ſtatim *a* relaxandus eſſet. Sed excipi debet *b*, niſi ſint latrones, prædones, aut ſimiles pacis publicæ violatores. Multò magis id dicendum de Religioſis fugitiuis, & apoſtatis, quòd à Prælato Ordinis, aut ex mandato eiuſdem, vbique capi, & reduci poſſint *c*, ob perſonalem eorum obligationem. Idemque ſentiendum de coniuge erga fugientem coniugem; & de Domino erga ſeruum, ſeu mancipium.

a b *Gaill cit. lib. 1. c. 16. n. 25. ex cõman.*

c d *Baldus cõmuniter receptus in l. 1. C. Vbi de curiali, &c.*

XIV. Iudex, ordinariè loquendo, non poteſt ſententiam pœnę inflictiuam extendere *a* extra territorium, aut diœceſin ſuam. Nam executio ſententiæ eſt actus iuriſdictionalis, qui extra territorium *b* fieri non poteſt. Sed exceptiones aliquæ ſunt; I. Si alter Iudex ad cuius locum ſententia dirigitur, eam exequi paratus ſit: Vt ſi Clericus ob crimen condemnetur ad fodinam alterius diœceſis. II. Si pœna crimini decreta ſit per legem vtriq; Iudici obſeruandam, tum illata à Iudice delicti, executioni *c* mandari debet à Iudice domicilij, vel beneficij, ſi ad eum locum referatur. E. C. Canon Eccleſiæ iubet *d* clericum ob crimen periurij, inceſtus, aut adulterij, ab officio & beneficiis deponi: Accidit autem vt alterius diœceſis Parochus hîc in crimine deprehenſus ſit; poteſt quidem Epiſc. Auguſtanus eum remittere ad Ordinarium ſuum, ſed non tenetur. Igitur hoc caſu Epiſcopus delicti infliget *e* pœnam depoſitionis, aut priuationis; alter autem Epiſcopus exequi debebit, iuxta canonis præſcriptum actualiter hominem à parochia

a *Doct. in l. relegatorũ, 7. §. Eſt quoddã genus, ff. de interdictis; Vbi aiunt, quod Iudex non poſſit aliquem relegare ad locum non ſubiectum iuriſdictioni.*

b *c. 2. de cõſtit. in 6.*

c *c. poſtulaſti, 14. de foro comp.*

d *c. presbyter, 12 d. 81. c. at ſi clerici, 4. c. cùm non, 10. de Iudic. Vbi DD. communiter.* e *cit. c. poſtulaſti.*

remo-

remouendo. Neque hoc caſu Epiſcopus ordinarius hominem, poſt actam pœnitentiam *f* reſtituere poteſt; niſi Epiſcopus alter conſentiat, ſeu à ſe latam ſententiam relaxet.

f. Arg. c. paſtoralis, 11. §. præterea, de off. ordin. Vbi Abb. n. 1. & alij docent, quòd cenſura, aut ſententia iudiciali ligatum is ſolùm abſoluere poſſit, qui eam tulit, vel eius ſucceſſor, aut ſuperior.

XV. Si Epiſcopus clerico beneficiario, ſuopte arbitrio, propter contumaciam, vel crimen, inferat priuationem, aut ſuſpenſionem à beneficijs, extendetur hæc pœna *a* duntaxat ad beneficia diœceſis. Interdum verò pœna, aut cenſura, ſeu per legem, ſeu per hominis ſententiam inflicta, afficit perſonam abſolutè, non in ordine ad locum. Talis eſt excommunicatio, quæ territorio non *b* clauditur, ſed ſequitur perſonam, vt lepra leproſum: Item interdictum perſonale *c*, vel ſi cui ingreſſus *d* Eccleſiæ interdictus ſit. Sed & depoſitio abſolutè illata, clericum inhabilem *e* reddit ad qualecunq; beneficium retinendum, aut acquirendum, niſi cum eo diſpenſetur. Sic & ad mortem damnatus, adeoque libertate priuatus, pœnæque ſeruus effectus; & publicè condemnatus de crimine, quod infamiam infert, v. g. de furto, vbique *f* locorum infamis, aut pœnæ ſeruus permanebit.

a Felinus in cit. c. poſtulaſti, de foro comp. arg. c. ſi cōpromiſſarius, 37. de elect. in 6.
b c Abb. in cit. c. poſtulaſti, n. 11. & c. ad reprimendā, n. 2. de offic. ordin.
d c. 15. cui, 20. de ſent. excom. in 6.
e Suar. de cenſur. diſp. 31. ſ. 1. n. 5.
f Bartol. in l. ſunt quidam, 19 ff. de pœnis, Abb. cit. n. 11. & conſtat ex l. non poteſt. 63. ff. de furtis.

XVI. Quærunt: Si aduena in alieno territorio aut diœceſi delinquat, puniēdúſne ſit ſecundùm ſtatuta, & conſuetudines loci delicti, an domicilij. Reſp. *a* Si factum in vtroque loco, ſeu communi iure prohibitum ſit, tum puniri debet ſecun-

a Bartol. in l. 1. n. 20. Bald. ibid. n. 22. C. de ſum. Trin.

dùm ſtatuta loci, vbi deliquit: quia delinquendo ſubditus fit iuriſdictioni. Nec refert, tametſi neſciat pœnam ſtatuti: quia voluntariè peccando, per quandam conſequentiam obnoxius fit *b* pœnæ, niſi ea valde *c* extraordinaria ſit. Deinde excipienda eſt cenſura, quæ id ſpeciale habet, vt nunquam incurratur ab ignorante *d*, niſi ignorantia craſſa, aut ſupina ſit.

b *Bald. c. loc.*
c *Th. moral. lib. 1. tr. 4. c. 20. n. 6.*
d *c. 2. de conſtit. in 6*

XVII. Ratione contractus, vel quaſi contractus, qui incola non eſt tum demum forum ſortitur, ſi in loco moram trahat *a*, vel inibi negotium aggreſſus ſit, vel tabernam, officinam, aut horreum conduxerit ad vendendum: Item, ſi vel natura contractus, vel conſuetudo loci poſtulare *b* videatur, vt mox traditio rei aut pecuniæ ſolutio fiat. Sed etſi alibi contraxerit aliquis, atque hic ſoluturum promiſerit, conueniri poteſt in loco deſtinatæ ſolutionis: nam *veluti contraxiſſe c vnuſquiſq; in eo loco intelligitur, in quo vt ſolueret, ſe obligauit*. Alioquin verò peregrinus præciſè ex contractu, quem fortè tranſiens, aut non diu moratus in loco inſtituit, inibi conueniri non *d* poteſt: Niſi de fuga, aut fraude ſuſpectus ſit, tum cogi poteſt ad ſatiſdandum *e*, quòd ſoluere velit in loco domicilij.

a *l. hæres, 19. §. Proinde. ff. de Iudic.*
b *Felinus in c. Vlt. de foro comp. Fran. in c. 1. §. contrahentes, n. 4. eod. tit. in 6.*
c *l. 21. ff. de obligat. & action.*
d *Gl. in cit. §. contrahentes.*
e *Gl. in cit. §. proinde, Ver. debebit, & ſumitur ex l. 2. §. pen. iun. Gl. Ver. ſola promiſſione, ff. de Iudic.*

XVIII. Qui ratione contractus *a*, aut etiam ratione delicti *b* forum ſortitus eſt, non eſt ſubditus abſolutè, ſed tantùm in ordine ad locum, dum ibi exiſtit. Quare ſi egreſſus ſit ex territorio,

a *c. 1. § contrah. de foro comp. in 6.*
b *Gl. in Clē. Vn. Ver. ſubditos, eod. tit. Innoc. in c. Vlt. n. 1. Abb. n. 8. extra, eod. arg. Clem. 2. iun. Gl. de ſent. & re iudicata.*

deſi-

deſinit eſſe ſubditus quoad perſonam; ita vt ad cōparendum perſonaliter per citationes, aut cenſuras compelli non poſſit *c*: Si tamen requiſitus, ſeu citatus contumaciter non compareat, neque ſatiſfaciat, fieri poteſt miſſio in bona *d* eius, ſi inibi habeat: ſin minùs, decernetur miſſio facienda in bona alterius diœceſis, ad requiſitionem Ordinarij eiuſdem loci. Id verò ſolum *e* diſcrimen eſt inter ſubiectum ratione delicti, & ſubiectum ratione contractus; quòd ille, ſpectato communi iure, remittendus ſit ad iudicem delicti, ſi ſub eodem Principe ſit: at verò in contractibus non eſt locus remiſſioni.

c d *cit. §. cōtrahentes, vbi Petr. Ancharan. col.* 1. *Dom. Geminian. col.* 1. & 2. *Franc. n.* 14. *Innoc. Abb. loco cit. Imola ibid. n.* 7.

e *Ioan. Monach. in cit. §. contrah.*

XIX. Hoc generatim dici poteſt de his iuriſdictionibus, quòd præuentus à Iudice competente per citationem, forum illius in ea cauſa declinare non *a* poſſit. Nam vbi iudicium cœptum eſt ibi *b* & finiri debet. Quare etiamſi aliquis ſolùm per accidens, videl ratione contractus, aut delicti, ſubditus ſit, ſi tamen, dum in territorio exiſtebat, ab Ordinario loci citatus fuerat, poſtea extra diœceſin egreſſus iterum citari, atq; etiam abſens *c* ob contumaciam excommunicari poteſt. Quod verò attinet ad ſubditum ratione domicilij, tametſi is ſolo egreſſu è territorio, animo mutandi domicilium, iuriſdictione *d* liberetur, excipi tamen debent hi caſus: I. Si citatione *e* præuentus ſit, antequam egrederetur. II. Si in loco domicilij contractum inſtituerit, tum in actoris *f* optione eſt illum conuenire in loco domicilij prioris, vel poſterioris: Præterquam ſi quis vnà cum iuriſdictione

a *c. propoſuiſti,* 19. *de foro comp.*

b *l. vbi acceptum,* 30. *ff. de iudic.*

c *Felinus in cit. c. vlt. n.* 4. *Domin. in cit. §. cōtrahentes, col.* 3. & 4.

d e *cit. c. propoſuiſti, vbi ex cōm. Abb. n.* 7.

f *l.* 2. *C. de iuriſd. omn. Iudic. Dur. in ſpec. lib.* 2. *p.* 1. *tit. de comp. Iud. adit. §.* 1. *n.* 33.

etiam

etiam ſtatum mutet, videl. clericus ordinetur *g*, vel Religioſus fiat; tum ratione contractus antea inſtituti, ſimiliter & ratione delicti comiſſi, (dummodo à Iudice ſeculari per citationem *h* præuentus non fuerat) coram Eccleſiaſtico Iudice conueniendus eſt.

g Felinus cit. c. propoſuiſti, n. 1.
h Th. moral. lib. 4. tr. 9. c. 4. q. 3.

XX. Non tantùm citatio Iudicis, ſed multò magis ſententia occupat hominem, ita vt per domicilij mutationem non auferatur ſubiectio: Vt ſi Epiſcopus, ob præcedens aliquod factum, ſententiam tulerit, ſeu particularem; *Niſi Titius, qui rem abſtulit, intra menſem ſatisfecerit, in excõmunicationem incidat.* Vel generalem; *Qui hanc rem abſtulit, niſi intra menſem reſtituat, excommunicatus ſit*; vtroque caſu in excommunicationem labetur *a* iniuſtus rei detentor, vel damnificans, niſi reſtituerit; tametſi interea forum mutarit: quandoquidem perſona per ſententiam illam præuenta fuit. Cæterùm ſi nudum præceptum impoſitum ſit ſubdito, v. g. Clerico Sacerdoti, vt quot diebus ſacrificet, (nulla eius præcedente culpa) poſtquam is præcipientis iuriſdictione ſolutus fuerit, etiam à præcepto *b* liber erit.

a *Gl. in c. praeterea, 40. de appellat. Ver. impedire, Ioan. Andr. in reg. Cùm ſunt iura partium, Sairus in theſauro lib.* 1. *c.* 11. *n.* 19. b *Sairus cit. loco.*

XXI. Modus ſortiendi forum *a* ratione rei, ſeu poſſeſſionis ſitæ in territorio , longè à præcedentibus diuerſus eſt; quia nunquam parit obligationem, aut actionem perſonalem *b*, ſed tantùm in ordine ad rem. Si v. g. Comes Imperij habeat ædes Vlmæ, non eſt ſubdita perſona; ſed ædificium, ratione ſoli: quare nec dabitur actio perſonalis coram Magiſtratu Vlmenſi, ad aliquid dandum, vel faciendum, v. g. vt ædes, quæ donatæ dicuntur, dona-

a *c. Vlt. de foro comp. l. Vlt. C. Vbi in rem actio.*
b *Bart. & alij in cit. l. Vlt. Ioan. Andr. in cit. c. Vlt. Imola ibid. n. 3.*

Digitized by Google

donatario tradantur; ſed tantùm actio realis, ſi alius ædes vt ſuas vendicet, vel hypothecæ nomine obligatas aſſerat. Et hac ipſa actione reali intentata, perſona ſecundùm ſe conſtringi, aut vt contumax damnari *c* non poteſt; ſed tantùm realiter, vt, ſi non compareat, actor mittatur in *d* poſſeſſionem ædium.

XXII. Orta controuerſia de re immobili in alieno territorio ſita, ſi ea feudalis non ſit, etiam Iudex domicilij adiri poteſt; ita vt in Actoris electione *a* ſit, coram quo Iudice agere malit. Quòd ſi cauſam traxerit ad Iudicem domicilij, iſque contra Reum conuentum pronuntiarit, tum ex denuntiatione eius, latam ſententiam exequi *b* debet Iudex loci, vbi res ſita eſt.

XXIII. Ratione rei mobilis non ſortitur *a* aliquis forum in territorio alieno; cùm ea propriè ſita non dicatur. Quare ſi aduena per ciuitatem iſtam tranſeat in equo, quem ciuis vt ſuum ſibi vendicat, quod aduena negat; nulla *b* contra eum actio inſtitui poteſt coram ciuitatis Iudice; cùm nec perſonaliter iuriſdictioni ſubditus ſit (niſi hoc loco equum rapuiſſe dicatur) nec ratione rei. Si tamen de fuga ſuſpectus ſit, cogi poterit vt ſatiſdet per pignora, vel fideiuſſores: ſi nolit, aut non poſſit, ſequeſtrabitur equus, donec cauſa hæc à Iudice Rei cognoſcatur.

XXIV. Difficilis quæſtio eſt, vtrum ſtatutum perſonas habilitans, vel inhabilitans circa contractus, vel teſtamenta, extendatur etiam ad bona extra territorium ſita; idque reſpectu ſubditorum tantùm, an verò etiam peregrinorum pro tempore ibi commorantium. Reſp. I. Si ſtatutum directè

c *Ioan. And. l. c. ex Vinc.*
d *c. Vlt. Vt lite non conteſtata, §. Vlt.*

a b *Gl. & D. in l. Vlt. C. Vbi in rem actio.*

a b *Bartol. & Bald. in cit. l. Vlt. Abb. in cap. Vlt. n. 44. Felin. n. 20. de foro cop.*

directè diſponat circa formam actus, v. g. vt ad teſtamentum ſufficiant teſtes duo, valet *a* teſtamentum ita confectum ſeu ab incola, ſeu à peregrino, quoad omnia bona, vbicunque ſita ſint. Reſp. II. Si ſtatutum habilitet perſonas iure communi inhabiles, v. g. vt filiusfamilias teſtamentum condere poſſit; vel inhabilitet perſonas iure communi habiles, v. g. vt vxor marito per vltimam voluntatem relinquere nihil poſſit, vtroque *b* caſu videtur extendi etiam ad bona alibi ſita. Quia diſpoſitio ſtatuti directè non fit de bonis; ſed de perſonis, quatenus in hoc territorio teſtamentum condunt. Reſp. III. Non eſt improbabile, quòd etiam peregrini tali ſtatuto, vel conſuetudine habilitante perſonas ad contrahendum, vel teſtandum frui *c* poſſint: Sic enim aiunt DD. aliqui *d*, quod aduena in locis, vbi Trident. Concilium non obligat, validè contrahat matrimonium abſque Parochi præſentia. Veruntamen inhabilitatem teſtandi peregrini non contrahunt ex ſtatuto loci, cuius iuriſdictioni non ſubijciuntur. Quia licet ſe legibus ac moribus eorum, inter quos morantur, ſe accommodare poſſint in fauorabilibus, non tamen obligantur *e* in odioſis.

a *Bartol. in l. 1. n. 25. & 37. C. de ſum. Trin. Ioan. Dilect. Durantus de arte teſtandi, cautela 6. Anton. Gabrielius lib. 6. de ſtatut. conc. 8. n. 18.*

b *Baldus in cit. l. 1. n. 18. Lancillottus de ſtatuto Alexandr. præfat. 8. n. 11. & alij apud Gabriel. n. 2. contra Bartol. cit. l. 1. n. 32. qui diſtinguit, vtrum ſtatutum fauorabile, an odioſum ſit.*

c *Sanchez lib. 3. de matrim. diſp. 18. q. 4. Theol. mor. lib. 1. tr. 4. c. 11. prope finem.*

d *Bartol. cit. l. 1. n. 26. Baldus n. 13. Th. mor. lib. 1. c. 12.*

e *eod. cap. 12.*

XXV. Eſt ſtatutum in prouincia, vt maſculi ſuccedant excluſis fœminis, extenditúrne ad bona ſita extra territorium; & num incolas tantùm obligat, an etiam exteros, vel aduenas? Reſp. I. Si ſtatutum directè diſponit de rebus, v. g. *Poſſeſſiones*

per-

Digitized by Google

perueniant ad maſculos; fœminæ autem dote moderata contentæ ſint; non extenditur *a* ad poſſeſſiones ſitas extra territorium: Obligat autem etiam extraneos, ſi in regione poſſeſſiones habeant. Reſp. II. Si ſtatutum abſolutè diſponat de perſonis, v. g. vt maſculi in hæreditatibus ſuccedant, fæminis excluſis; tum *b* peregrinos, & extraneos non comprehendit; ſed erga incolas, ſeu ſubditos videtur ſe extendere *c* ſtatutum etiam ad bona alibi ſita.

a *Bartol. ex cōmuni in cit. l.* 1. *n.* 42.
b *Bartol. ib. Felinus in c. Vlt. n.* 4. *de foro comp.*
c *ſuprà cōcl. prac. reſp.* 2. *contra Bart.*

XXVI. Tali ſtatuto inhabilitante perſonas ad donandum, vel teſtandum, liberare *a* ſe poſſunt incolæ ſi extra territorium egreſſi, alibi, vbi lex non viget, actum perficiant. Et valebit actus, ſaltem mero iure; (quandoque autem ob fraudem reſcindi poterit:) Cùm hoc *b* ſit diſcrimen inter ſtatutum, & Superioris præceptum, vel ſententiam; quòd ſtatutum proximè ac directè territorium afficiat, atque exinde tendat in incolas, ſeu commorantes intra territorium: Sententia autem, & præceptum proximè ac directè tendit in perſonas ſubditas, earumque oſſibus hæret. Quamobrem nihil obſtat, quo minus Epiſcopus peregrinaturo clerico ſuo præcipiat, vt in certo loco extra diœceſin conſiſtat, inibi ne ludat, potitet: At verò ſtatutis ſuis non poteſt obligare clericos, dum extrà commorantur. Sed alia ratio eſt de Religioſis, quorum leges & ſtatuta Ordinis non ſunt certi territorij; cùm fundata ſint in perſonali illorum obligatione ac voto: quare dici ſolet, quod *totus c mundus ſit Prælatis Ordinum pro territorio* erga ſubditos regulares.

a *Sanch. cit. q.* 4. *contra Bart. Bald. & alios in cit. l.* 1. *C. de ſum. Trin.*
b *Th. moral. l.* 1. *tr.* 4. *c.* 11. *n.* 1.
c *Syl. Ver. excommunicatio,* 2. *n.* 15. *& alij cōmuniter.*

XXVII. Si pœna confiſcationis bonorum ob crimen alicui illata ſit, qui alibi bona poſſidet, diſtin-

a Clarus in pract. crim. q. 78. n. 27. Proſp. Farinac. tract. de hæreſ. q. 190. n. 166. & videri po- teſt Domin. in c. cùm ſecundum, de hæret. in 6. Baldus in l. 1. n. 26. C. de ſum. Tri.

diſtinguendum *a* eſt: Vel diuerſa loca eidem Domino, ſeu Magiſtratui immediatè ſubſunt: tunc omnia ipſi applicabuntur. Vel non eidem, ſed diuerſis ſubſunt; tunc refert vtrum pœna confiſcationis Reo inferatur ex lege, quæ vtrique loco communis eſt, an ex proprio ſtatuto. Priore caſu, Iudex loci, in quo Reus condemnatur, confiſcabit omnia bona mobilia; immobilia verò bona, quæ Reus poſſidet in ſuo territorio; alter verò Magiſtratus alia immobilia bona. Poſteriore autem caſu, bona extra territorium poſita confiſcationi ſubiecta non ſunt.

a in c. poſtulaſti, 14. de foro comp. quæ ſequitur ibid. Abb. n. 16. ſed reticiũt Hoſtienſ. & Ioan Andr. ibid. n. 6.

XXVIII. Non placet ſententia *a* Innoc. Si Magiſtratus ſtatutum condat, vt ob crimen adulterij v. g. poſſeſſiones criminoſi confiſcentur, quòd afficiat etiam poſſeſſores extraneos, & alioquin non ſubditos; eò quòd in rem, non in perſonam conceptum ſit. Veruntamen intentio ſtatuentium, & effectus ſtatuti conſiderari debet potiùs, quàm eius verba. Apparet autem, qualitercunque verba concipiantur, cauſam ſtatuendi eſſe crimen, adeoque tam in ſtatuentium intentione, quàm in effectu, ſtatutum eſſe pœnale, quo extranei obligari haud poſſunt.

a tit. c. poſtulaſti.

XXIX. Id rectè docet idem Innocentius *a*, Si extraneus, qui ſub hoc Magiſtratu poſſeſſiones habet, extra prouinciam offendat Magiſtratum, aut ſubditos eius; quòd eum punire non poſſit in poſſeſſionibus: Sed inprimis ſatisfactionem pro illata iniuria petere debet à delinquente, & Superiore eius: qui ſi negligant ſatisfacere, tum demum permiſſum erit apprehendere bona offendentis, donec ſatisfactum ſit. Quod etiam in tributis fieri

con-

Digitized by Google

conſueuit, vt ſi eas extraneus poſſeſſor Principi non pendat, eius ratione poſſeſſiones in loco ſitæ apprehendi *b* queant; quippe cùm tributorum nomine obligatæ cenſeantur.

b *Baldus in l. iubemus nullam, 10. C. de SS. Eccleſiis, Abb. in cit. c. poſtulaſti, n. 12.*

XXX. Si qualitas fundans iuriſdictionem Iudicis quæſtioni principali intrinſeca & imbibita ſit, ſufficit, quòd *a* Actor eam expreſsè, vel implicitè allegét. Vt ſi clericus laicum coram Iudice Eccleſiaſtico conueniat, quòd ex Eccleſia quippiam ſurripuerit, is verò abſolutè neget delictum; fundata erit Iudicis iuriſdictio: cùm hæc ipſa cauſa ſacrilegij (quæ eſt mixti fori) principaliter agatur, & ſuper ea lis inter Actorem, & Reum conteſtanda ſit. Sin autem qualitas fundans iuriſdictionem Iudicis non principaliter deducatur in iudicium, ideoque cauſæ intrinſeca non ſit, ſed acceſſoria; tum priùs, ſaltem extraordinariè, cognoſcenda *b* eſt, quàm ad cauſæ iudicialem cognitionem deueniatur: Vt ſi aliquis extraneum coram ciuitatis Iudice conueniat ſuper contractu, aut delicto; & ipſe neget, ſe in hoc territorio contraxiſſe, aut deliquiſſe. Vel ſi quiſpiam tanquam clericus, coram Eccleſiaſtico Iudice conueniatur ſuper debito pecuniario, is verò excipiat ſe clericum non eſſe, aut fori Eccleſiaſtici priuilegio non gaudere, tum Iudex ante omnia hoc dubium examinare debet, vt eius iuriſdictio in ordine ad cauſam principalem fundata ſit.

a *Innocent. in c. cat. ſuu, n. 2. de Iudic. Gl. in Clem. diſpendioſam, ver. vſuris, de Iudic. Alex. de Nemo in c. ſi clericus, 5. de Iudic. n. 14. ibid. Imola, col. vlt. poſt Hoſtienſem, Gall. lib. 1. obſeruat. 31.*

b *Bartol. in l. præſcriptione, n. 7. & 8. C. Si contra ius, vel vtil. publ. Domin. in c. 1. §. contrahentes, ver. Sed quid ſi, ibid. Francus n. 5. de foro competente, contra Iaſon. in lib. cum quadam, n. 2. ff. de iuriſdict.*

Caput ſecundum.

DE IVRISDICTIONIS PROROGATIONE, ET IVDICIS RECVSATIONE.

XXXI.

PRorogare iuriſdictionem aliud non eſt, quàm voluntariè ſe alicui Iudici ſubijciendo, eius poteſtatem ſupra ſe extendere. Ad huiuſmodi prorogationem iſta requiruntur: I. Quòd prorogare volens alioquin in ea cauſa ſubditus non ſit. II. Vt iuriſdictioni alicui præſit is, cui ſe partes ſubijciunt: nam alioquin iuriſdictionem non extenderent, ſed conferrent: quod priuatis *a* perſonis conceſſum non eſt. Et debet Iudex habere iuriſdictionem ordinariam; non tantùm delegatam *b* ad certam cauſam: hæc enim iuriſdictio non extenditur de perſona ad perſonam; licet inter eaſdem perſonas, quarum cauſa delegata fuit, extenſio fieri poſſit de tempore ad tempus, aut de loco ad locum. III. Requiritur, vt Iudex præditus ſit iuriſdictione *c* ſimili, ſeu eiuſdem generis. Si enim ſimplicem tantùm iuriſdictionem gerat, & in cauſis ciuilibus cognoſcat, non poterit ad eum deferri cauſa criminalis, aut quæcunque meri imperij eſt. IV. Vt ſciens, ac liberè volens ſe quis Iudici alieno ſubijciat: quare ſi aliquis ideo coram Iudice reſpondet, quia exiſtimat ſe ſubiectum eſſe, cùm non ſit, non *d* valet, quod agitur; quia *nõ conſentiunt, qui errant.*

a *l. priuatorum, 3. C. de iuriſdict. omn. Iudic.*
b *c. P. & G. 40. de offic. deleg. iun. Gl. fin. Imola ibid. n. 126. Bart. in l. 1. & 2. ff. de iudic. Baldus cit. l. 1.*
c *Bartol. & Baldus cit. locis, Card. Tuſcus Ver. prorogatio, concl. 927. Clarus in pract. q. 42.*
d *l. ſi per errorem 15. ff. de iuriſdict.*

Nec

Nec tamen requiritur *e* conſenſus expreſſus; ſed ſufficit tacitus, ſeu qui facto fit, v. g. litis conteſtatione. Verùm ſola comparitione coram Iudice citante non cenſetur aliquis in eum conſentire: Imò verò debet citatus comparere *f* vt exceptionē fori declinatoriam opponat; niſi notorium ſit, aliquem non ſubditum, vel exemptum eſſe: Vt ſi clericus in cauſa non feudali, ad ſecularem *g* Iudicem vocetur. V. Requiritur, vt lex non prohibeat, ſed permittat prorogationem: ea enim à lege *h* originem & vim ſuam habet. Et verò permiſſio hæc extendit ſe tantùm ad Iudices ſub eodem principatu; quandoquidem parum intereſt Principis, à quo Præſide eius ſubditi iudicentur.

e *Bartol. in cit. l. 1. n. 12. Card. Tuſchus ver. iuriſdictio, concl. 561. & cit. concl. 927.*

f *l. 2. ff. Si quis in ius vocatus, Gall lib. 1. obſeru. 16. n. 3.*

g *ex communi Clarus in praxi q. 36. n. 5.*

h *l. 1. & 2. ff. de iudiciis, & videri poteſt Tuſchus cit. concl 927.*

XXXII. Clericis non eſt permiſſum *a*, vt abſque conſenſu Epiſcopi, ſeu Ordinarij ſui, alterius Eccleſiaſtici Prælati, etiam Metropolitani *b* iudicio, ſeu iuriſdictioni ſe ſubijciant. Idque ob maiorem obligationem, ac ſubiectionem, quam Clerici, præſertim beneficiati, erga Epiſcopum ſuum gerunt: Qua ratione etiam cauſæ feudales coram Domino feudi tractari *c* debent, & alterius iuriſdictioni ſubijci non poſſunt: Idque ſiue vaſalli clerici ſint *d*, ſiue laici.

a *c. ſignificaſti, 18. de foro compet. c. non liceat, 14. cauſa 3. q. 6. & c. 1. cauſa 9. q. 2.*

b *c. 1. eod. tit. in 6.*

c *c. caterùm, 5. de Iudic. c. ex tranſmiſſa, 6. de foro comp.*

d *c. verùm, 7. de foro comp.*

XXXIII. Sed neque in foro Sacramenti Pœnitentiæ iuriſdictionis prorogatio permiſſa eſt, vt videl. aliquis (extra mortis periculum) ab alieno Sacerdote, abſque proprij licentia, ſaltem tacita, abſolutionem à mortalibus *a* conſequatur. Sin

a *c. 2. cauſa 9. q. 2. & c. omnis vtriuſq., 12. de pænit. & remiſſ.*

autem Sacerdos Ordinarius, videl. Epiſcopus, vel Parochus ſubdito licentiam det eligendi Sacerdotem quemcunque in ciuitate, aut diœceſi, tenetur illeeligere *b* approbatum, ſeu expoſitum: Poteſt tamen Epiſcopus diœceſano licentiam dare *c* confitendi Sacerdoti deſignato, alioquin non expoſito: nam eo ipſo illum approbat, & exponit. ſaltem ad huius pœnitentis confeſſionem. Sed & Sum. Pontif. licet Trident. Conſtit. *d* abſolutè non obligetur, tamen in Bullis Iubilæi, & ſimilibus facultatibus addere ſolet, vel, etſi non addat, ſubintelligi debet, vt fideles (niſi Religioſi ſint) expoſitis tantùm, & approbatis ab Epiſcopo confiteri poſſint: cùm non cenſeatur *e* Pontifex Concilio generali derogare, niſi ſufficienter exprimat.

b c Suarez 3. p. tom. 4. diſp. 28. ſ. 8. n. 16.

d Seſſ. 23. c. 6. de refor.

e Suar. cit. diſp. 28 ſ. 4 n. 9. & 10.

XXXIV. Clerici, ne quidem cum conſenſu Epiſcopi ſui, prorogare *a* poſſunt iuriſdictionem Iudicis ſecularis, ſubijciendo ſe eius iudicio, etiam in ciuili cauſa. Tametſi enim laicus in cauſis ciuilibus (non criminalibus) clericorum, poſſit eſſe Iudex delegatus ab Epiſcopo, ſecundùm communem doctrinam *b*, quæ & in praxi obſeruatur; non tamen laici Iudicis iuriſdictio prorogari poteſt ad cauſas clericorum. Quandoquidem Iudex delegatus non propria, ſed delegantis auctoritate iudicat; Iudex autem prorogatus proprio iure iudicat, quod extendi non poteſt ad cauſas Eccleſiaſticorum; cùm huius iuriſdictionis incapax ſit *c* laicus; Et prorogatio iuriſdictionis fieri non poſſit ad cauſas omnino diuerſas.

a arg. c. ſi diligenti, 12. de foro comp. ſun. Gl. fin. communiter recepta.

b Gl. in c. 2, Ver. nõ præſumant, de Iudic. Abb. ibid. n. 5. Felin. n. 1. Gl. in c. 1. Ver. præter Romanum, d. 96.

c c. 2. de Iudic. c. 2. de foro compet. in 6.

XXXV. Certum eſt, quòd Religioſi, aliique Clerici, exempti ab Epiſcopo Ordinario, eius

iuriſ-

iuriſdictioni ſe ſubijcere non *a* poſſint in contentioſis; tamen in voluntariæ iuriſdictionis actibus, videl. abſolutione à peccatis, & cenſuris; diſpenſatione ſuper irregularitatibus, votis, ac iuramentis, ſi Prælatus Ordinis tali poteſtate præditus non ſit, rectè dicitur, quòd exẽpti ſe ſubijcere *b* poſſint, ex voluntate Pontificis benignè præſumpta, imò etiam per priuilegia *c* erga Mendicantes expreſſa; ne alioquin deterioris ipſi in ea re conditionis ſint, quàm alij clerici diœceſis non exempti. Id verò tantùm intelligi debet erga Epiſcopum diœceſanum, cui, ceſſante exemptionis priuilegio, ſubiecti eſſent: facilè enim res redit ad primordialem *d* naturam ſuam.

a *Abb. in c. ſignificaſti, 18. n. 10. de foro co p. Rodriq. tõ. 1. regul. q. 36. a. 5. arg. c. cùm tempore, 5. de arbitris.* b *Sanchez tom. 1. de Relig. lib. 4. c. 39. n. 32. contra Anton. de Butrio, & Abb. in cit. c. ſignificaſti, n. 11. quibus fauet Suar. tom. 2. de Relig. lib. 6. de votis, c. 11.* c *Sanchez cit. loco, ex Corduba.* d *Abb. lib. 1. conſil. 25. col. 1.*

XXXVI. Si Archidiaconus v. g. iuriſdictionem in clericos per conſuetudinem comparârit, excluſo *a* Epiſcopo; exiſtimant *b* aliqui, quòd clerici poſt habito Archidiacano, ſubijcere ſe poſſint Epiſcopo Ordinario; cùm id nullibi prohibitum reperiatur, ſed tantùm, ne alieno Epiſcopo *c* ſeu Prælato ſe ſubijciant. Et eſt probabilis doctrina: Sed arbitror in praxi non *d* obtenturam; cùm veluti diuerſa & ſeparata tribunalia Eccleſiaſtica cenſeantur, ſi Archidiaconus priuatiuè ad Epiſcopum, iuriſdictionem in clericos intra certos fines ſuos exerceat.

a *iuxta c. irrefragabili, 13. §. exceſſus, de offic. ordin. & dicam infrà.* b *Abb. in cit. conſil. 25. ad 1. q. Tuſchus Ver. prorogatio, concl. 927.* c *cit. c. non liceat.* d *argum. cit. c. ſignificaſti, & cit. c. 1. cauſa 9. q. 2.*

XXXVII. Prorogationi quàm maximè oppoſita eſt recuſatio Iudicis, quia per illam Iudicis, alio-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

alioquin non competentis, iuriſdictio ſuſcipitur; per hanc verò Iudicis, alioquin competentis, iuriſdictio ex cauſa repudiatur. Cauſa autem recuſandi eſt probabilis ſuſpicio *a*, quòd malè iudicaturus ſit, ſeu ob affectionem, ſeu ob imperitiam, &c. Et habemus aliquas recuſationis cauſas iure expreſſas: Videl. Si Iudex, coram quo litigas, inimicitias tecum gerat *b*; aut valdè coniunctus ſit Capitali inimico tuo, vel ſi aliam & ipſe tecum in iudicio controuerſiam *c* habeat; ideoque tuus aduerſarius *d* eſſe cenſeatur: Aut ſi ſimili in cauſa cum altero in alio tribunali contendat *e*; quia præſumitur ita iudicaturus eſſe, ſicuti pro ſe iudicari cupit. Præterea ſi Iudex Dominus ſit Aduerſarij, quo cum contendis, recuſari *f* poteſt; quia cenſetur eum peculiariter diligere, aut defendere velle: Item ſi Aduerſarius tuus ſit familiaris ſeu domeſticus *g* Iudicis; ſi eius ſocius ſeu collega *h*; ſi peculiaris amicus *i*, cliens, patronus, *k* conſanguineus, affinis:

a c. cauſam, 17. c. ſuſpicionis, 39. de Offic. deleg. c. licet, 10. de foro cõp.
b c. cum ſuper, 23. de Offic. deleg. c. accedens, 4. Vt lite nõ conteſt.
c cit. c. cum ſuper,
d c. 1. de Iudic.
e c. cauſam, 18. de Iudic.
f c. cauſam, 17. de Offic. deleg.
g c. inſinuante, 25. de Offic. deleg.
h c. cum R. 35. eod.
i cit. c. accedens,
k l. lex, 5. ff. de iniuriis, Lanfrancus in practic. 3. de recuſat. n. 10. Dur. in ſpec. tit. de Iudic. delegato, §. Supereſt.

XXXVIII. Tametſi cauſa Iudicem recuſandi in iure expreſſa non ſit, ſi tamen probabilis & iuſta videatur ſufficit *a* ad recuſandum. Diſcrimen autem eſt, quia ſi cauſa recuſationis expreſſa ſit, tum ſi allegata & probata fuerit, v. g. quòd Iudex ſit Dominus, vel conſanguineus Aduerſarij mei, præſumptio iuris adeſt aduerſus Iudicem; vt non facilè *b* admittẽda ſit probatio in oppoſitum; niſi tales ſint circumſtantiæ, vt liquido appareat

a Lanfrancus cit. n. 10. §. alicubi, Innoc. in c. cùm ſpeciali, n. 4. de appell.
b Decius in cit. c. cauſam, 17. de offic. delegati, in fine.

nullum

nullum ſuſpicioni locum *c* eſſe poſſe. Sin verò cauſa ſuſcipionis expreſſa in iure non ſit, tum maior iudici arbitrandi facultas conceſſa eſt, num, ſpectatis circumſtantijs, pro legitima & probabili haberi debeat.

c *Durandus in ſpec. cit. §. Supereſt, n. 8. & Cōmentator eius, lit. I.*

XXXIX. Illud omnes *a* admonent, Iudicem faciliùs tanquam ſuſpectum recuſari, quàm teſtem: Nam Iudex alius ſubſtitui poteſt, ſed non ſemper teſtis alius haberi. Teſtis quoque in iudicio examinari poteſt, vt appareat num vera dicat: Iudex autem arbitratu ſuo procedit, & iudicat. Et meritò quidem in Iudice, qui vt lex animata, iuſtitiæ & æquitatis interpres eſſe debet, nihil obliquum, vel ad partem alterutram inclinatum *b* tolerandum eſt.

a *Gl. in c. inſinuante, 25. de offic. deleg. Gl. in c. cum R. 35. eod. Abb. ibid. & Felinus, vterq. n. 4.*
b *Th. moral. lib. 1. tr. 1. c. 5. n. 16.*

XL. Si allegata recuſationis cauſa notoria non ſit, aut indubitata, quis de ea cognoſcet? Reſp. Non Iudex is, ad quem cauſa principalis delata fuit: cùm ſicuti in hac, ita perinde, aut magis in acceſſoria ſuſpectus dici *a* poſſet. Sed hoc caſu arbitri communi partium conſenſu eligi debent *b*, qui de cauſa ſuſpicionis cognoſcant. Si electi arbitri pro recuſante pronuntient, tum Iudex, ſi ordinarius ſit, in eadem cauſa ipſemet iudicare non *c* poteſt, ſecundùm Eccleſiaſticum *d* forum: Sed ex recuſatoris conſenſu alteri delegare *e* debet; alioquin coget partes, vt in arbitros *f* conſentiant, ſuper cauſæ principalis deciſione. Quòd ſi neque id

a *c. ſi contra, 4. de off. deleg. in 6.*
b *c. ſuſpicionis, 39. eod. c. ſi quis cōtra, 4. de foro comp. c. ſi ſpecials, 61. de appell.*

c *cit. c. ſi ſpecials, c. ſi quis contra, 4. & c. licet, 10. de foro comp.* d *Ciuili autem foro, allegata, quamuis non probata ſuſpicionis cauſa, iudici ordinario ſocius adiungitur, Auth. Si verò contigerit, vbi Iaſon n. 4. C. de iudic.* e f *cit. c. ſi quis contra.*

ſuccedat, tum denique cauſa ad Superiorem *g* remittenda erit.

g cit. c. ſpeciali, & conſentit c. peruenit, 31. inn. Gl. Ver. executio, cauſa 11. q. 1.

XLI. Iudex delegatus cùm canonico *a*, tum ciuili iure *b* recuſari poteſt, tanquam ſuſpectus. Quod ſi collegam delegationis habeat, cum clauſula reſcripto inſerta, *Si non ambo poteſtis, tum vnus ſolus cognoſcat.* Hoc caſu ſocius non recuſatus de cauſa recuſationis cognoſcere *c* debet; & ſi eam iuſtam iudicarit, cauſæ principalis cognitionem ſuſcipere. Alioquin, ſi vnicus Iudex ſit, vel plures, ſine dicta clauſula delegati, arbitri partium conſenſu *d* ſtatuendi ſunt; qui examinent cauſam ſuſpicionis, &, ſi eam iuſtam cenſuerint, vel ipſimet, vel alij electi arbitri de cauſa principali cognoſcant. Sed poſtquam ſententiam dixerunt arbitri, officio ſuo *e* functi cenſentur, & executio ad Iudicem recuſatum *f* pertinebit. Et hæc ſi Principis delegatus ſit: Sin autem Epiſcopi v. g. delegatus aut Vicarius generalis vt ſuſpectus recuſetur, tum arbitris opus non eſt, ſed Epiſcopus *g* cognoſcere debet: Præterquam ſi cauſa ſuſpicionis ipſum quoque afficiat: videl. Si Aduerſarius tuus ſit domeſticus Epiſcopi, tam ipſe, quàm Vicarius eius, ob affectionem, ſuſpectus videri *h* poteſt, ac recuſari: Quo caſu alius Iudex non ſuſpectus delegandus, vel arbitri eligendi ſunt.

a c. cauſam, 17. c. ſuſpicionis, 39. de offic. deleg.
b l. apertiſſimi, 16. C. de Iudic. & l. ult. C. eod.
c c. ſi contra, 4. de off. del. in 6. c. cùm ſuper, 23. extrà eod.
d cit. c. ſuſpicionis, & cit. c. ſi contra, Gail lib. 1. obſer. 33.
e c. ſi quis contra, 4. de foro comp. Abb. in cit. c. ſuſpicionis, n. 11.
f cit. l. ult. Gl. in l. apertiſſimi, Ver. executore, Iac. Menochius in arb. qq. q. 74. n. 51.
g cit. c. ſi contra, §. Cùm autem.
h c. inſinuante, 25. eod. tit. cit. c. ſi contra, in fine, c. ſi ſpeciali, 61. de appellat.

XLII. Sed & totum Capitulum, aut Collegium

Regium quandoq; recuſari *a* poteſt, vt ſuſpectum. Sin verò non omnes, ſed vnus v. g. Aſſeſſorum, aut examinatorum ſuſpectus ſit, vt quia inimicus eſt iudicandi, aut examinandi, remoueri *b* debet, ſi periculum aliquod eſſe poſſit: quemadmodum etiam pluribus, v g. quatuor adductis teſtibus, ſi vnus ſuſpectus ſit, videl. inimicus accuſati, petere is poteſt vt remoueatur. Tum verò ex iudicantium numero, & qualitate, ipſiuſque cauſæ circumſtantijs *c* colligendum, num remotis ſuſpectis, in locum eorum alij ſubrogandi ſint, nécne.

a Gl. in c. penult. Ver. & appellatione, de ſtatu Monach. Abb. in c. 1. arg. c. licet, 10. de foro cõp. n. 14. Neuo n. 29. de Iudic. contra Gl. ibid. Ver. interrogatus. b *Abb. in cauſam, 17. n. 2. Felinus n. 1. de offic. deleg. Gl. marg. ibid. contra Andr. Barbatam in eod. c. col. 1.* c *Abb. cit. n. 14. Alex. de Neuo cit. n. 29.*

XLIII. In pœnitentiali etiam foro locum habet recuſatio proprij Sacerdotis, v. g. Parochi, ſi peccata reuelaturus, aut ad malum incitaturus non vana ratione exiſtimetur. Quo tamen caſu licentia petenda eſt confitendi Sacerdoti alieno: quæ ſi denegetur, quamuis iniuſtè, ius non tribuit prorogandi facultatem, ſed *a* prohibet: quare cenſeri debet talis perſona copiâ Confeſſarij deſtituta, donec cauſa recuſationis ceſſet, vel alium Sacerdotem ordinarium, aut priuilegiatum nanciſcatur.

a c. omnis vtriuſq., 12. de pœnit. Theol. mor. lib. 5. tr. 6. c. 13. n. 3.

XLIV. Denique dicendum eſt, an Iudex ideo ſolùm recuſari poſſit, quia cauſa ad ipſum pertinet, aut propria eius cenſetur. Primò: Si cauſa directè pertineat ad Iudicem Principe inferiorem, v. g. ad Epiſcopum, vt quia agitur de iniuria ipſi illata, vel de reditibus ad menſam eius pertinenti-

a l. vn. C. Ne quis in propria cauſa, c. inter, 27. iun. Gl. ver. propria, cauſa 23. q. 4.
b Clem. ſi vna, de rebus Eccleſ. non alienandis.
c arg. c. Guiliſarius, 30. cauſa 23. q. 4. & docet Abb. in c. cum veniſſent, n. 9. de Iudic.
d c. 1. de offic. deleg.
e Innoc. in c. dilectus, de pœnis, Abb. cit. c. cùm veniſſent, n. 10. & 11.
f Innoc. in cit. c. dile-

bus, non poteſt *a* ipſe eſſe Iudex: cùm neque in tali cauſa ad ipſum pertinente, v. g. vt Parochia eius menſæ vniatur, auctoritatem *b* præſtare poſſit. Cæterùm ſi factum (v. g. iniuria Iudici illata) notorium ſit, tum ipſemet ad puniendum procedere poteſt: cùm non tam Iudex eſſe cenſeatur, quàm iuris executor: Id verò potiſſimùm habet locum in Iudice Ordinario. Sed delegatus, tametſi procedere poſſit *d* contra eum, qui iuriſdictionem ſuam impedire vult, tamen in alia re iniuriam paſſus, nihil contra iniuriantem attentare *e* poterit; cùm extra cauſam ſibi commiſſam, iuriſdictionem non habeat. Secundò: Si iniuria, vel alia cauſa ad Eccleſiam, vel dignitatem Epiſcopi, aut ſimilis Prælati principaliter ſpectet, in ea Iudex eſſe non *f* prohibetur: Sed propter coniunctionem, quam cum Eccleſia ſua gerit, interdum recuſari *g* poteſt, tanquam ſuſpectus. Tertiò: Prælatus ad defenſionem iurium ſuorum, vel Eccleſiæ ſuæ, extraiudicialiter procedendo, cenſuras comminari *h*, atque inferre poteſt; vt ſi Epiſcopus in poſſeſſione ſit viſitandi Eccleſiam inferiorem, ſecularem, aut regularem; & Rector nolit eum admittere prætendendo exemptionem, conceſſum illi eſt poſſeſſionem ſuam tueri *i*, armis tum ſpiritualibus, tum materialibus.

ctus, Gl. in c. 1. ver. punire, de pœnis, in 6. g *Abb. in cit. c. cùm veniſſent, n. 9. Felin. n. 4. arg. c. cùm ſuper, 23. de off. deleg.* h i *Innoc. in c. venerabilis, n. 3. de cenſibus, Abb. cit. c. cùm veniſſent, n. 10. arg. c. dilecto, 6. & c. venerabilibus, 7. ver. attamen, de ſent. excomm. in 6.*

a l. 2. ff. Si quis in ius

XLV. Tametſi alioquin Iudex, ſeu Ordinarius ſit, ſeu delegatus, orto dubio, cognoſcere *a*

vocatus, l. ſi quis in aliena, 5. ff. de Iudic.

poſ-

poſſit, num ſua ſit iuriſdictio; excipi tamen debet, ſi quæſtio verſetur circa ipſam Iudicis perſonam: Vt ſi obijciatur *b*, quod ſit excommunicatus, infamis, amens; & ſimiliter, ſi vt ſuſpectus recuſetur: quia vti deficit in cauſa principali, ita & in acceſſoria cognoſcenda. Imò generaliùs loquuntur DD. *c* Si Iudex, cuius iuriſdictio in dubium reuocatur, ex cognoſcendo ſeu iudicando commodum percepturus ſit, non poſſe eum pro ſua iuriſdictione ſententiam ferre. Quamobrem in talibus caſibus Superior Iudex adeundus eſt, vel conſenſu partium arbitri legendi.

b *Bartolus in l. quidā conſulebat, n. 3. & ſeqq. ff. de re Iudic. Petr. Ancharan. in c. ſi contra, 4. not. 3. de off. deleg. in 6. contra Innoc. in c. cùm ſuper, extra eod. n. 3.* c *in l. de iure, 37. ff. Ad Municip.*

XLVI Id ſingulare eſt, quòd Princeps, ſeu is qui ſuperiorem nullum agnoſcit, in propria cauſa Iudex eſſe *a* queat: Meliùs tamen, & naturali iuri conformiùs aget, ſi cauſam arbitris committat, vel Iudices ordinarios, aut delegatos conſtituat, qui inter ipſum & ſubditos ius dicant. Sic ciuili iure *b*, ſi controuerſia oriatur inter fiſcum Principis, & priuatos, hi qui Cameræ præſident, iudices eſſe ſolent: quos proinde iuſtos eſſe oportet, vt ſine affectione, aut perſonarum acceptione, decernant quod æquum eſt. Sed & in inferioribus Principe, v. g. Epiſcopis, tolerari poteſt, vt in cauſis ad ipſos propriè ſpectantibus Iudices *c* dent, parti collitiganti minimè ſuſpectos.

a *Gl. in c. Veniſſent, 12. ibid. Ioan. Andr. n. 6. & 7. Decius n. 5. de Iudic. Bald. in l. 2. C. de ſent. quæ ſine certa quāt. arg. l. & hoc, 41. ff. de hæred. inſtituend.*

b *tit. C. Vbi cauſæ fiſcales, & l. 2. C. Si aduerſus fiſcum, &c.*
c *Ex Hoſtienſi notat Felinus cit. c. cum veniſſent, n. 7.*

Caput

Digitized by Google

Caput tertium.

DE IVDICE ORDINARIO VNIVERSIM.

XLVII.

IVdex Ordinarius eſt, qui ex proprio munere, ideoque ſuopte iure *a*, & auctoritate cauſas cognoſcit, ac definit. Sed Iudex delegatus, qui & extraordinarius *b* appellatur, non ex proprio munere, nec tam ſuo iure cauſas cognoſcit, ac definit, quàm eius qui demandauit. Veruntamen & ipſe delegatus iuriſdictione *c* præditus eſt, eaque diſtincta à delegantis iuriſdictione: quod vel ex eo colligitur, quia à delegato appellari poteſt ad delegentam. Ex quo etiam intelligitur, quòd iuriſdictio generalis Vicarij Epiſcopi delegata *e* non ſit, ſed potiùs ordinaria; cùm ſit eadem cum Epiſcopali. Quamobrem impoſſibile cenſetur, vt à Vicario, ſeu Officiali generali ad Epiſcopum *f* appelletur; cùm appellatio ad alterum tribunal tendere debeat. Delegatus autem Iudex, diuerſam, vt dixi, iuriſdictionem *g* habet, quamuis dependentem, ac veluti ceſſam à delegante.

a l. more, 5. iun. Gl. ver. ſuo iure, ff. de iuriſdict. Mol. tr. 5. de iuſt. diſp. 8. b c. de catero, 5. de tranſact. c l. 1. §. Qui mandata, ff. de iuriſdict. eius, cui mandata eſt iuriſdict. Hoſtienſ. in ſum. de Iudic. del. d c. quarenti, 26. vbi id docent Abb. & Andr. Barbatia, & c. paſtoralis, 28. de off. deleg. e Gl. recepta in c. de offic. Vicarii, in 6. Gl. in c. Romana, 3. de appellat. in 6. ver generaliter. f c. 2. de conſuet. in 6. g Gl. in cit. §. qui mandatum, ver. nihil habet. Bertachinus tract. de Epiſcopis, lib. 4. pag. 7 9. 9. n. 11.

XLVIII. Iuriſdictio ordinaria aut plena eſt *a*, aut non plena. Plena iuriſdictio in Principe reſidet, qui in Eccleſiaſticis eſt Papa: Et hæc dicitur

a Durand. in ſpec. de iuriſdict. omn. Iudic. §. 1. n. 1.

pleni-

plenitudo poteſtatis, quæ inferioribus non communicatur. Non plena iuriſdictio *b* vel à Principe eſt, (cui æquiparatur populus, aut magiſtratus ſuperiorem non agnoſcens) vel à lege, aut præſcripta conſuetudine.

b *c. ſuo ſimul, 9 de offic. Ordin. Hoſtienſis*

ae eod. tit. §. 2 & ſupra cit. §. 1. Bartol. in l. & quia, n. 8. Ver. iuxta hoc, ff. de iuriſdict. Molina tr. 5. de iuſt. diſp. 8.

XLIX. A Principe Eccleſiaſtico, videl. Papa, Ordinarij Iudices conſtituuntur legati *a* Epiſcopi *b*, Generales *c* Ordinum, Officiales *d* Sedis Romanæ, &c. Ab Imperatore autem, aut Rege conſtituuntur Duces, *e* Marchiones, Comites, prouinciæ Gubernatores, &c. A lege, ſeu canone conſtitui cenſentur iudices ordinarij, qui ſecundùm canonis præſcriptum creantur, ſiue ab homine (v. g. Vicarius generalis ab Epiſcopo) ſiue ab Vniuerſitate per electionem. Et hoc ſignum eſſe ſolet, quòd Iudex ordinaria iuriſdictione præditus *f* ſit, ſi ab Vniuerſitate, ſeu Collegio electus ſit, v. g. Archidiaconus, ſi à Capitulo eligatur, quamuis confirmatio ad Epiſcopum ſpectet. Idque adeò verum eſt, vt quicunque ratione alicuius profeſſionis aut negotiationis Collegio alicui, v. g. mercatorum, opificum, aut cuiuis Fraternitati præſunt, ſi per electionem conſtituti ſint, ordinariam iuriſdictionem erga ſuos *g* habeant in cauſis pertinentibus ad Congregationem; ita tamen, vt, niſi ſpecialiter exempti ſint, etiam coram loci Ordinario, videl. Epiſcopo (ſi Eccleſiaſtici ſint) vel coram vrbico magiſtratu conueniri *h* poſſint.

a *c. de offic. Legati, in 6.*
b *c. 1. de off. Ordin. c. 7. eod. in 6.*
c *Mol. tr. 5. c. 7. & 8.*
d *Dur. de offic. Ordin. §. 1.*
e *Durand. cit. §. 1.*
f *Dur. cit. §. 1. & 2. de off. Ordin. Hoſt. eod. tit. §. 2.*
g h *l. vlt. C. de iuriſdict. omn. Iudic.*

L. Itaque iuriſdictio *a* vel committitur alicui ad cauſam certam, vnam vel plures, & eſt dele-

a *Bartol. in l. more, n. 8.*

ff. de iuriſd. omn. Iudic. Abb. in c. relatum, n. 5. de off. deleg.

dele-

Digitized by Google

legata: Vel committitur ad Vniuerſitatem cauſarum; & tunc vel à Principe, & in dubio cenſeri debet ordinaria; niſi Princeps dicat, *auctoritate noſtra cognoſcas*. Vel committitur vniuerſitas cauſarum non à Principe; ſed ab Vniuerſitate, vel Collegio approbato per electionem: & eſt ordinaria: Vel ab inferiore Ordinario, videl. ab Epiſcopo, aut Ordinis Generali; & videndum num id fiat ex legis, aut conſuetudinis præſcripto, & cenſeri debet iuriſdictio ordinaria. Quomodo, vt ſupra dictum, Vicarij generales creantur; & Parochi vt Ordinarij fidelium Paſtores. Sic in Societate Ieſu, iuxta Conſtitutiones eius, à Sede Apoſtolica *b* approbatas, Rectores locorum, & Prouinciarum Præpoſiti, ac Viſitatores à Generali totius Ordinis, cum ordinaria poteſtate ac iuriſdictione in ſuos, ſtatuuntur: An verò id fiat mero Prælati arbitratu, vt v. g. Epiſcopus conſtituat vicarios, aut viſitatores pro certa parte diœceſis; aut Pœnitentiarios pro conſcientiæ foro: Et cenſeri *c* debent delegati.

b *Gregor. XIV. in Bulla Confirmat. inſtituti, quæ incipit* Eccleſiæ Catholicæ, *pag.* 286.
c *Vide infrà concl.* 146.

LI. Tametſi inferior Principe ſuopte iure non poſſit Magiſtratus, & Iudices ordinarios creare; cum id inter ſingularia ſupremæ poteſtatis priuilegia *a* numeretur; attamen ſicut alia multa regalia, ita & hoc ab Imperatore, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, &c. concedi ſolet, vt gubernatores ac iudices ordinarios in ſuis terris conſtituant. Quamobrem licet Epiſcopi Germaniæ, qui & Imperij Principes ſunt, ordinarios Iudices conſtituere non *b* poſſint in Eccleſiaſticis, niſi quos canones conſtitui iubent; poſſunt tamen conſtituere ad cauſas profanas cùm ciuiles, tum criminales, erga ſubditos ſuos laicos.

a *lib. 2. Feudorum, tit. 56. Quæ ſint Regalia.*
b *Dur. ſpec. de offic. Ordin. §. 1. n. 5. & alii ſuprà citati.*

LII. Quo-

LII. Quotieſcunque Epiſcopis, vel alijs Prælatis generalis & perpetua facultas v. g. abſoluendi *a* aut diſpenſandi conceſſa eſt, annexa dignitati, ac Sedi eorum, tranſit in *b* ordinariam. Et quamuis DD. duntaxat loquantur de conceſſionibus Sedis Apoſtolicæ, idem tamen dicendum videtur de alijs. Vt ſi Epiſcopus, cum Capituli ſui conſenſu, Prælato Ordinis & ſucceſſoribus eius det poteſtatem abſoluendi à caſibus Epiſcopalibus: Quia acceſſoria hæc facultas, cùm ſit adiuncta muneri ordinario, ſequitur naturam eius. Simile ferme eſt, quòd communiter aiunt *c*: Si ſuperior inferiori Iudici ordinario mandet, vt ſubditum ſuum corrigat, quòd non faciat eum delegatum, ſed excitet officium eius ordinarium: Niſi dicat *d noſtra auctoritate procedas, &c.* Alioquin verò, vt dixi, ſi in ſubiecto præſit ordinaria iuriſdictio facilè quod adijcitur, ſeu ſuperuenit, eandem ſuſcipit conditionem.

a *Exemplũ eſt in Trident. ſeſſ. 24. c. 6. de ref.* *Baldus in l. 1. q. 9. ff. de offic. Conſulis, Felinus in c. licet, n. 4. de offic. Ordin. Sanchez lib. 2. de matrim. diſp. 40. n. 14.*

c *cit. c. licet, 12. Vbi Innoc. n. 1, Imola n. 2.*

Gl. in c. in aliquibus, de reſcript. in 6. d *Innoc. cit. loco.*

LIII. Priuilegia, quæ à Sede Apoſtolica data ſunt Prælatis Ordinum ad abſoluendum, vel diſpenſandum cùm ſuis, pertinent ad iuriſdictionem eorum ordinariam; quia competunt ratione *a* muneris, ſeu officij ordinarij. Quæ verò Religioſis Sacerdotibus & Confeſſarijs conceſſa ſunt priuilegia ad abſoluendum, & diſpenſandum cum fidelibus, ea pertinent ad iuriſdictionem delegatam; quia non competunt ratione *b* alicuius proprij muneris, aut adminiſtrationis.

a *docẽt DD. in c. Vt. de foro comp.*

b *infrà, concl. 63.*

LIV. Per conſuetudinem legitimè præſcriptam iuriſdictionem acquiri poſſe, conſentiunt

Digitized by Google

tiunt *a* omnes; vt communiter dici ſoleat, quòd *conſuetudo iuriſdictionem dat, & aufert.* Et verò non tantùm ſimplex iuriſdictio præſcriptione acquiri poteſt, ſed etiam quæ meri *b* aut mixti imperij ſunt; tametſi Principi ſpecialiter reſeruata ſint; dummodo talia, vt alijs quoque *c* concedi quandoque ſoleant. Veruntamen præter tempus legitimum, & bonam fidem, ordinariè etiam requiritur *d* ſcientia & patientia eius aduerſus quem præſcribitur. Nam id *e* commune eſt rerum incorporalium ſeu iurium poſſeſſionibus & vſucapionibus. vt opus ſit ſcientia & patientia Domini; cùm alioquin vſurpata cenſeatur *f* eſſe poſſeſſio: Præterquam ſi poſſeſſio immemorialis ſit *g*; quia hæc affert præſumptionem tituli ſeu conceſſionis, ſi capacitas ſit in poſſidente. Sic v. g. poſſeſſionem beneficij vacantis in ordine ad vſucapiendum nemo *h* acquiret, niſi ſciat, vel patiatur is, qui conferre poteſt, aut inueſtire; vel ſi tempus immemoriale præterierit, quod præſumptionem faciat expreſſæ aut tacitæ collationis factæ.

a *Canoniſta in c. 1 cum contingat, 13. de foro compet. Legiſta in l. Imperium, ff. de iuriſdict. omn. Iudic.*
b *c. quod translationem, 4. de off. Legati, Abb. c. cùm contingat, n. 14. de foro comp.*
c *Bald. in cit. l. Imperium, n. 13.*
d *Bartol. in l. 1. ff. deníque ait, n. 5. ff. de aqua pluuia; Abb. in cit. c. cùm contingat.*
e *Innoc. in c. bona, 4. col. 2 de poſtul. Prælat. Bald. in l. 2. C. de ſeruit. & aqua,*
f *Bald. cit. l. 2. n. 20.*
g h *Th. moral. lib. 3. tr. 1. c. 9. n. 5. & 6.*

LV. Nota eſt regula, quòd *incapax poſſeſſionis, eſt etiam incapax præſcriptionis.* Quare qui iuriſdictionem Eccleſiaſticam fori externi vſucapit, non tantùm clericus eſſe debet; ſed etiam in officio *a* aliquo, ſeu munere publico conſtitutus. Quandoquidem nemo Eccleſiaſticæ iuriſdictionis capax eſt, niſi ex titulo, ſaltem colorato, conceſſionis factæ à Prælatis Eccleſiæ: Ij autem non conferunt

a *Ioan. Andr. in cit. c. cùm contingat, n. 10. Anton. & Abb. n. 16.*

ferunt iuriſdictionem externi fori ad excommunicandum, aliáſue cenſuras ferendas, Eccleſiaſticas perſonas puniendum, &c. niſi ratione alicuius dignitatis, aut muneris, ſeu officij Eccleſiaſtici.

LVI. Regula generatim vera eſt, quòd facultas, quæ alicui vt ordinaria, tanquam ex proprio munere ſeu officio, competit, alteri delegari *a* poſſit: Talis eſt poteſtas *b* conceſſa Epiſcopis, aut Regularibus *c* Prælatis, in certis caſibus abſoluendi à cenſura *d* canonis; Abſoluendi item à caſibus reſeruatis; diſpenſandi in irregularitatibus, votis, iuramentis; ſi cuicunque Prælato, ratione dignitatis, aut adminiſtrationis ſuæ, adeoque vt tranſmiſſibilis ad ſucceſſores, ſeu communi, ſeu ſpeciali iure, competat, quòd delegari poſſit: Præterquam, ſi ex verbis priuilegij, ſeu conceſſionis appareat eam ſpecialiter factam *e* eſſe Prælato; quia propter officij auctoritatem, & diſcretionem, quæ in tali perſona præſumitur, magis ad hoc munus, v. g. abſolutionem à percuſſione clerici, idonea reputatur.

a *c. Vlt. de foro comp. iun. Gl. Ver. caſibus, Ioan. Andr. n. 3. l. more, 5. Vbi Iaſon. n. 65. ff. de iuriſdict.*
b *cit. c. Vlt.*
c *c. cùm illorum, 32. de ſent. excomm.*
d *c. ſi quis ſuadente,* *cauſa 17. q. 4.*
e *arg. c. 2. & c. cùm illorum, 32. de ſent excõm.*

LVII. Qui poteſtate ordinaria ratione muneris, ſeu adminiſtrationis ſuæ præditus eſt, poteſt eam etiam generaliter delegare; V. g. Epiſcopus committere Vicario ſuo, vel alteri perſonæ idoneæ, vt abſoluat, aut diſpenſet ſuper caſibus *b* Papalibus occultis, & ad forum contentioſum non deductis; item ſuper *c* caſibus, qui ob impedimentum adeundi Pontificem, Epiſcopales fiunt: cuiuſmodi etiam eſt occultum impedimentum dirimens matrimonij, bona fide, (ſaltem alterius coniugis) contracti.

a *Nau. lib. 5. conſil. 15. de ſent. excomm. edit. 1. Sanch. lib. 2. diſp. 40. n. 13. & 17.*
b *Trid. ſeſſ. 24. c. 6. de reform.*
c *Sanchez cit. n. 17.*

C LVIII. Cui

LVIII. Cui cauſarum vniuerſitas (quamuis in certo genere tantùm, v. g. decimarum, matrimoniorum; aut in certo loco) delegata eſt, ita vt exinde munus, ſeu officium quaſi ordinarium ſortiatur; is vnam, vel plures cauſas particulatim ſubdelegare *a* poteſt; non item totam vniuerſitatem cauſarum alteri *b* committere: Cùm vniuerſim verum ſit, quòd publicam quam aliquis accepit poteſtatem, in alterum deriuare haud poſſit, ſine iuris, aut Principis licentia. Quamobrem ſi Epiſcopus Parocho, aut Prouincialis Guardiano v. g. commiſerit facultatem abſoluendi ſubditos à caſibus reſeruatis, poterunt eam facultatem alteri *c* delegare; non ita generatim, ſicut ipſi acceperunt, ſed particulatim in certo caſu, ſeu erga certã perſonam: Niſi ex verbis conceſſi priuilegij, ſeu commiſſionis appareat, quod ſpecialis perſonæ, videl. Parochi, aut Guardiani induſtria, in ea re ſpectata fuerit.

a arg. l. 1. §. ab eo, ff. Si quis, & à quo, &c. l. legatus, 12. ff. de offic. Proconſul. Gl. communiter recepta in c. cùm cauſã, 62. Ver. delegatus de appell.
b ex communi Sanch. l. 3. de matrim. diſp. 31. n. 2. *c Rodriq. tom. 1. Regul. q. 21. a. 9.*

LIX. Sacerdotes Cooperatores, quibus, ſi ab Epiſcopo approbati ſint, Parochi delegant facultatem abſoluendi à peccatis, ij, ne in caſu quidem particulari, eam facultatem alteri Sacerdoti *a* committere poſſunt, abſque ſpeciali licentia Ordinarij. Idque eadem ratione dicendum de *b* facultate aſſiſtendi matrimonijs. Nam delegatus ad vniuerſitatem cauſarum ſubdelegare non poteſt, niſi per eam delegationem cenſeatur habere quaſi ordinariam iuriſdictionem, atque officium: quod de Parochorum Cooperatoribus dici non poteſt;

a Ægid Coninck diſp. 8. de Sacram pænit. dub. 4. Suar. tom. 4. diſp. 26. ſ. 1. n. 4.
b ex Tridẽt. ſeſſ. 24. c. 1. de reform. matrim. contra Sanchez lib. 3. de matrim. in diſp. 31. n. 21.

quippe

quippe qui operam ſuam ad tempus aliquod veluti locantes Parocho, merè delegato & conceſſo iure vtuntur.

L X. Tametſi Ordinarius, Principe inferior, delegato ſuo committere non poſſit ſubdelegandi *a* poteſtatem; (Cuius cauſa eſt, quòd omnis iuriſdictio à Principis conceſſione gradatim ad inferiores deriuetur; Leges autem, & Principes non niſi ordinarijs, & à ſe delegatis *b* iudicibus facultatem tribuant Iudices conſtituendi) Attamen probabiliter dicitur *c*, quòd delegato à non Principe, videl. Epiſcopo, aut Parocho, concedi poſſit, vt ſubdeleget nomine ipſius Ordinarij delegantis; à quo & poteſtatem accipere cenſeatur: Vt ſi Epiſcopus dicat in commiſſione, *Committo tibi hanc cauſam, quam ſi per te cognoſcere nolis, aut non poſſis, alterum ad id eligas, cui & ipſi poteſtatem delegatam volo.* Item, ſi Parochus Cooperatori *d* mandet, vt in Eccleſia, ad quam ipſum deſtinat, confitentium multitudine ita poſtulante, quemlibet Sacerdotem approbatum, nomine ipſius Parochi, ad excipiendas confeſſiones conſtituat. Nam ita deſignatus ex mandato alterius, poteſtatem, aut beneficium accepiſſe cenſetur non *e* à deſignante, ſed à principali mandante.

a *arg. c. cùm cauſam, 62. de appellat. l. à Iudice, 5. C. de Iudic. l. more, 5. ff. de iuriſdict.*
b *cit. c. cùm cauſam, & cit. l. à Iudice.*
c *Gl. in c. ſi cui, 12. Ver. per alium, de off. delegati, in 6. Abb. in cit. c. cùm cauſam, Syl. Ver. delegatus, q. 8. dicto 13. contra Archid. in c. quamuis, eod. tit. in 6. Zab. in Clem. un. q. 12. eod. tit.*
d *Th. moral. lib. 5. tr. 6. c. 10. n. 14.*
e *l. Vnum ex familia, 67. § Si de falcidia, ff. de legatis, 2. Abb. in c. cùm Bertholdus. n. Vlt. de ſent. & re Iudic.*

L X I. Poteſt tamen delegatus quicunque committere articulum cauſæ non *a* iuriſdictionalem, id eſt, qui non cognitionem cauſæ, ſed nudum

a *c. ſuper quæſtionũ, 27. Verſ. Nos autem, de off. deleg. DD. communiter apud Sanch. lib. 3. diſp. 31. n. 10.*

miniſterium, aut executionem habet; atque idcirco etiam in alia, quàm Iudicis perſona fundari poteſt: *b* Vt ſi v. g. teſtes coram iudice recepti, ac iurati ſint, atque articuli ſuper quibus producuntur, examinati, & interrogatoria formata; tum ipſa teſtium receptio, & examinatio nudum miniſterium continet, vt à quolibet, etiam delegato Iudice, exerceri poſſit. Cæterùm is, cui nudum miniſterium ſeu executio demandata fuit, quamuis à Principe, alteri plerumque committere *c* non poteſt; quia cenſetur electa induſtria perſonæ: Niſi talis ſit commiſſio *d* cauſæ, vt appareat, æquè per alium præſtari poſſe. Qua ratione aliqui rectè edicunt; Si teſtator executores conſtituit, quorum arbitrio & electione legatum in pauperes diſtribuendum ſit, non poſſe eos hoc mandatum, ſeu fidei comiſſum alteri committere: ſecùs, ſi ipſemet teſtator pauperes, aut Eccleſias nominârit, quibus legata dari debeant: Multò verò magis, poſteaquam ipſi executores elegerint, quibus dari oporteat, executionem alteri mandare poterunt.

b Gl. in Clē. vn. ver. Iudices, de offic. delegati. Abb. cit, c. ſuper quaſtionum, n. 9. Felinus ibid. n. 4. & 19.

c c. vlt. §. vlt. de offic. deleg. Abb. eod. c. §. Is autem, n. 6.

d arg. c. 15. cui, 12. eod. in 6.

e Domin. Geminian. eod. c. 15. cui, arg. eiuſdem textus.

LXII. Hinc etiam exiſtit, quòd Abbas v. g. delegatus ab Epiſcopo, vel ſubdelegatus à delegato Papæ ad abſoluendum à cenſura excommunicationis, poſtquam Reo audito, adeoque cauſa cognita, eundem abſoluendum eſſe decreuit, ſatisfactionemque debitam imperauit, ipſum nudum abſolutionis miniſterium pro externo, aut interno foro, alteri Sacerdoti committere *a* poſſit. Deinde, ſi Vicarius generalis Sacerdoti committat, vt receptis teſtibus, ac informatione de habilitate perſonarum, aſſiſtat matrimonio earum: licet hanc teſtium receptionem alteri demandare non poſſit;

a Nauar. c. 27. man. n. 45.

cùm

cùm ſit actus iuriſdictionalis ; ipſam tamen aſſiſtentiam, & coniunctionem perſonarum quòd alteri committere non prohibeatur, tradit *b* Sanchez. De quo tamen meritò dubitamus, propter Trident. Conſtitut. *c* *Qui aliter, quàm præſente Parocho, vel alio Sacerdote, de ipſius Parochi, ſeu Ordinarij licentia matrimonium contrahere attentabunt, eos ad ſic contrahendum S. Synodus inhabiles reddit.* Id autem fatemur, quòd idem Auctor *d* tradit; Si Ordinarius quicunque Sacerdoti expreſsè committat, vt ſi ipſemet aſſiſtere nolit, aut non poſſit, alium quemcunque Sacerdotem deſignet, validum *e* fore quod agitur: quia in hoc caſu adeſt licentia Ordinarij; non item in priore caſu.

b *lib. 3. de matrim. diſp. 31. n. 20.*

c *ſeſſ. 24. c. 1. de ref. form. matrim. & videri poteſt Bern. Diaz in pract. canon. qq. c. 77. §. duodecimo, Menoch. in arbitrar. caſu 453. n. 14.* d *cit. diſp. 31. n. 18.* e *ſuprà concl. 59.*

LXIII. Certum eſt, quòd Regulares v. g. Mendicantes, qui ex Pontificio priuilegio abſoluere poſſunt fideles à peccatis, & cenſuris; & diſpenſare, vel commutare vota, pro foro conſcientiæ tantùm; talem facultatem alteri, ne quidem in caſu particulari, committere *a* vnquam poſſint: cùm poteſtas iſta, licet ſit ad vniuerſitatem cauſarum, tamen eis non competat quaſi ordinaria, ratione alicuius muneris, ſeu officij Nihilominus dici poteſt *b* non abſque probabilitate, quòd Confeſſarius ex iuſta cauſa, v. g. confitentium multitudine preſſus, dicere poſſit confitenti ſuo: *Commuto tibi hoc votum in opera, quæ vir ille doctus tibi deſignabit, cuius ſententiæ te ſtare volo.* Simile eſt, ſi Confeſſarius virtute clauium imperet pœnitenti ea opera ſatisfactionis pro peccato, quæ vir ille iuſta eſſe arbitratus fuerit. Quamuis huiuſmodi facul-

a *ex cõmuni Ægid. Coninck de ſacram. pœnit. diſp. 8. n. 24.*

b *Viualdus in appendice Candelabri, c. 14. n. 40.*

Digitized by Google

tatibus, tanquam in Eccleſia non vnitatis, rarò, & non niſi ob aliquam neceſſitatem vtendum ſit.

Caput quartum.

DE IVRISDICTIONE ET POTESTATE EPISCOPI.

LXIV.

EPiſcopus eſt ordinarius Iudex in diœceſi *a* ſua, in ordine ad clericos, ſeculares & regulares, niſi ſpecialiter exempti ſint: Atque in ordine ad laicos, quoad cauſas ſpirituales, eaſque quæ ſunt mixti *b* fori. Nomine autem Epiſcopi, cui iuriſdictio competat, intelligere oportet eum qui electus, & confirmatus eſt. Et quæ de Epiſcopis ratione iuriſdictionis dicuntur, ferme etiam locum habent in Prælatis exemptis, qui erga ſubditos ſuos quaſi Epiſcopalem iuriſdictionem obtinent in diœceſi, ſeu territorio ſuo; vt & Confeſſarios *d* approbare, & ſubditos à caſibus *e* Papalibus occultis abſoluere; executores teſtamentorum ad executionem *f* cogere poſſint. Sed quæ Epiſcopis committuntur, tanquam Apoſtolicæ Sedis delegatis, præſertim ſi præiudicialia ſint, v. g. vt in exemptos de hæreſi *g* ſuſpectos, aut accuſatos, Apoſtolica auctoritate

a *c. 1. c inter, 15. de offic. Ordin. c. cùm Epiſcopus, 7. eod. in 6. c. cùm contingat, 13. de foro comp.*
b *c. cùm ſit, 8. c. ex tenore, 11. de foro comp.*
c *c. tranſmiſſam, 15. de elect. ex communi Suar. de cenſur. diſp. 41. ſ. 2. n. 7. Ioan. Monach⁹ in cap. 1. nu. 13. Anchar. q. penult. de off. Ord. in 6.*
d *Suar. tom. 4. diſp. 28. ſ. 5. Sanch. lib. 3. de matrim. diſp. 29. n. 14. & 16.*
e *Rodriq. tom. 1. regul. q. 61. a. 9. Sanchez lib. 8. de matrim. diſp. 2. n. 11. contra Suar. cit. ſ. 2.*
f *Abb. in c. Ioannes, n. 2. de teſtam. Mol. tom. 1. tr. 2. diſp. 250. §. penult.*
g *c. ad abolendam, 9. de hæret. vbi videri poteſt Abb. n. 15. 16.*

pro-

procedant; ea, cùm ſpecialia, & reſtringibilia ſint, ad alios Prælatos non *h* extenduntur.

h *Abb. cit. n.* 2.

LXV. Eſt etiam Epiſcopus Paſtor ordinarius totius diœceſis *a*: cui ex officio incumbit populum ſibi ſubiectum in Fide inſtruere, verbo Dei paſcere, & Sacramenta præbere. Sed quia per ſeipſum ſolus omnia præſtare non poteſt, ideo curam ſolicitam gerere debet, vt *b* viri idonei per parochias, aliaſque Eccleſias ordinentur. Quamobrem Epiſcopus cum omnibus Parochis, & curatis Eccleſiarum concurrit cumulatiuè; ita, vt ipſe, vel Vicarius eius, diœceſanos *c* à peccatis abſoluere, aliaque Sacramenta miniſtrare poſſit. Idemque ſentiendum de iure cathedræ, ſeu munere prædicandi ad plebes; competere *d* Parochis, dummodo ad id idonei iudicentur, Epiſcopo non excluſo. Sed etſi hoc ius Cathedræ aliqui, quicunque ij ſint, intra parochias præſcripſerint, non tamen omnis cura & ſolicitudo Epiſcopo ablata eſt; ſed nihilominus inuigilare *e* debet propter plebem ſibi cōmiſſam; ideoque, ſi negligentia ſeu defectus appareat, tempus legitimum, ac competens conſtituere, intra quod Eccleſiæ prouideatur; alioquin ipſemet prouidebit. Quandoquidem Epiſcopus curam diœceſis ſuæ abijcere nunquam poteſt.

a b *c. inter,* 15. *de offic. Ordin. c. cùm Epiſcopus,* 7. *eod. in* 6. *Concil. Trident. ſeſſ.* 5. *c.* 2. *de reform. & ſeſſ.* 24. *c.* 4. *de reform. Auguſt. Barboſa de poteſt. Epiſc. allegat.* 76. c *c.* 2. & 4. *de offic. Archipresb. Gl. in Clem. Religioſi, Ver. Presbyteri, ibid. Zabar. q.* 20. *de priuil.* d *Clem. Dudum,* §. *Verùm, de ſepultur.* e *arg. irrefragabili,* 13. *de Off. Ordin. Ioan. Andr. cit. c. inter, n.* 9.

LXVI. Cum Legati Apoſtolici, Epiſcopi, & Prælati ſimiles merum, & mixtum imperium *a* habeant, exceptis ijs quæ ad primum gradum ſpectant, & Papæ ſpecialiter *b* reſeruata ſunt; ideo contra Reos, in cauſis ad ſuum tribunal ſpectan-

a *Baldus in l. Imperium, n.* 12. *ff. de iuriſdict. Mol. tr.* 5. *diſp.* 7. b *c. quod tranſlationem,* 4. *de offic. legati.*

 tibus,

Digitized by Google

tibus, procedere *c* poſſunt ad capturam, & pœnam carceris, exilij, triremium, verberum; non tamen ad mutilationem; ſed tunc Iudici ſeculari relinquere debent. Et habent hæc etiam locum *d* in Prælatis Ordinum exemptorum; cùm reſpectu ſuorum Regularium, quaſi Epiſcopalem iuriſdictionem obtineant; excepto hæreſis *e* crimine.

c c. in Archiepiſcopatu, 4. de raptor. Mol. loco cit. Nauar. in c. nullam, 18. q. 2. n. 52. ſeu q. ſua 18. *Barboſa de offic. Epiſc. alleg.* 107. d *Nauar. & Mol. cit. locis.* e *c. ad abolendam, 9. de hæret.*

LXVII. Sed & pecuniarias mulctas Epiſcopum imponere poſſe indubitatum *a* eſt. Sed debent hæ mulctæ, ſecundùm Trident. Conſtitut. *b* locis pijs applicari. Et habent hæc locum etiam erga laicos, ſi ob crimen, quod Eccleſiaſtici fori ſit, iudicari debeant, non tantùm cenſuris conſtringi, ſed etiam pecuniariter *c* puniri eos poſſe à Iudice Eccleſiaſtico; Quin etiam ob crimina capi, & incarcerari. Quod de crimine hæreſis indubitatum eſt: Sed idem quoque de alijs *e* ſentiendum, quæ Eccleſiaſtici fori ſunt; cùm in eo Epiſcopus merum imperium exerceat, ad quod pertinet ius facinoroſos *f* capiendi, carcerandi, puniendi.

a *cit. c. in Archiepiſcopatu, c. ſtatuimus, 55. cauſa 16. q. 1. c. dilectus, 18. de Off. Ordin.* b *ſeſſ. 25. c. 3. de reform.* c *Trid. cit. c. 3. cit. c. ſtatuimus, iun. Gl. Ver. bannum,* *Felinus c. irrefragabili, n. 5. de Off. Ordin. & eſſe communem ait Zerula in praxi, p. 1. Ver. commiſſio.* d *c. Vt commiſſi, 12. c. Vt inquiſitionis, 18. de hæret. in 6.* e *c. contra, 10. iun. Gl. cauſa 26. q. 5. Domin. c. cùm Epiſcopus, 7. col. 2. de Offic. Ordin. Couarr. in pract. qq. c. 10. n. 2. Clarus in pract. q. 38. n. 8. D. Martha. de iuriſd. p. 1. c. 50. n. 8. contra Ioan. Andr. & Anchar. cit. c. 7.* f *l. Imperium, ff. de iuriſd. Mol. cit. diſp. 7.*

LXVIII. Ordinarium remedium, quo Epiſcopi, & ſimiles Prælati aduerſus inobedientes, & contumaces, atque iura Eccleſiaſtica violare attentantes, vti debent, eſt cenſura, *a* præſertim excom-

a *c. 1. de offic. delegati.*

com-

communicationis. Interdum tamen, ſi neceſſitas poſtulet, manu armata iuriſdictionem, & iura ſua tueri *b* poterunt. Quamobrem Officiales, & milites armatos in eum finem *c* tenere poteſt Epiſcopus, tametſi temporali iuriſdictione præditus non ſit. Quòd ſi arma ſua non ſufficiant, tum auxilium brachij ſecularis inuocare debet *d*, poſtulante neceſſitate: Quo caſu, ſi laica poteſtas irrationabiliter neget, etiam cenſuris *e* compelli poteſt.

b c *arg. c. dilecto, 6. de ſent. excom. Barbatia in c. ſignificaſti, 7. col. 7. Decius n. 6. de elect.*

Barboſa allegat. 107. d *c.* 1. *c. quoniam,* 14. *de Offic. Ordin.* *c. Vn. de ſtatu Regul. in 6.* e *Gl. in cit. c.* 1. *ver. publicum, ibid. Innoc. Abb. n.* 11. *Barboſa l. c. arg. c. vt inquiſitionis,* 18. §. *Prohibemus, de hæret. in 6.*

LXIX. Epiſcopi, & ſimiles Prælati Eccleſiaſtici pœnas canonicas ſuſpenſionis, priuationis, aut depoſitionis, clericis crimino ſis inferre debent *a*, pro criminis qualitate, conſiderata iuris canonici diſpoſitione, & temporis præſentis conſuetudine. Tale crimen, quod priuationem beneficiorum, imò depoſitionem ab officio, & ordine clericali meretur, eſt adulterium *b* & quæ ei æqualia, aut maiora cenſentur crimina, vt periurium, inceſtus, ſtuprum violentum, magia, &c. Quare hanc pœnam ordinariè Epiſcopus inferre debet *c* crimino ſo; neque arbitratu ſuo remittere poteſt: Veruntamen ex iuſta, & rationabili cauſa, conceſſum eſt Iudici, etiam non ſuprêmo, rigorem legis temperare *d*, pœnamque minuere. Quare ita quoque de Epiſcopo ſentiendum *e*, quòd pœnas, quas ſecundùm

a *c. at ſi clerici. Vbi Abb. n.* 33. *& ſeqq. de Iudic.* b *Th. moral. lib.* 1. *tr.* 5. *p.* 3. *c.* 5. *Abb. & alii cit. c. at ſi clerici,* §. *de adulteriis.* c *S. Th.* 2. 2. *q.* 67. *a.* 4. *Menoch. de arbitrar. qq lib.* 1. *q.* 96. *n.* 10. *Farinac. in praxi tit.* 3. *q.* 17. *n.* 5. *arg. l.* 1. §. *calumniari, ff. ad Turpill.* d *Gl. in cit. l.* 1. *Ver. facti, Bald. in l.* 3. *C. Ex quibus cauſis infamia, Farin. l. c. n.* 7. e *arg. cit.* §. *de adulteriis, Gl. in c. cum illorum,* 32. *Ver. interdicta, de ſent. excomm. Innoc. in c. dilectus, n.* 2. *de temp. ordinat. arg. l. nec non,* 28. *iun. Gl. Ver. prohibeant, ff. Ex quibus cauſis maiores, &c.*

Digitized by Google

dùm canones, vel conſuetudinem Eccleſiæ, crimi-noſo per ſententiam inferre deberet, quandoque diſpenſatiuè minuere, & commutare poſſit; niſi canon diſpenſationem fieri prohibeat.

LXX. Non tantùm Epiſcopus ex cauſa rationabili diſpenſare poteſt cum adultero v. g. aut inceſtuoſo, vt beneficijs non priuetur, aut non deponatur; ſed etiam *a* poſt latam à ſe depoſitionis ſententiam, ſecuta pœnitentia & vitæ emendatione, hominem diſpenſatiuè reſtituere. Tametſi enim clericus, ob furtum, vel adulterium damnatus, & depoſitus infamiam contraxerit, & ideo etiam irregularis cenſendus ſit; reſtitutus tamen contra ſententiam, quadam conſecutione, famæ *b* reſtituitur, vt officio clericali fungi poſſit.

a *Gl. in c. quamuis, 8. Ver. cùm talis, de reſcr. in 6. Alex. Neuo in c. Vlt. §. ſanè, n. 8. de cland. deſpon. Abb. cit. c. at ſi clerici, §. de adulteriis, n. 24. & ſumitur ex Trid. ſeſſ. 25. c. 14. de reform.* b *Abb. cit. loco, ibid. Alex. de Neuo n. 24. Felin. n. 12.*

LXXI. Tametſi canon præcipiat, ob crimen inferri pœnam ſuſpenſionis ad tempus determinatum, v. g. triennium, nihilominus Epiſcopum ex graui & rationabili cauſa diſpenſare poſſe, probabiliter *a* affirmatur. Veruntamen, ſi pœna canonica latæ ſententiæ ſit, ſeu iure ipſo inflicta, certum eſſe debet, Epiſcopum diſpenſare *b* non poſſe; Niſi id ipſi commiſſum ſit; vt ſi irregularitates, vel ſuſpenſiones ex delicto occulto, & non deducto ad forum contentioſum *c* proueniant. Quod verò attinet ad excommunicationes Papales, & alias propriè dictas cenſuras, propter contumaciam ipſo

a *Ioan. And in c. Vlt. §. ſanè, n. 11. ibid. Hoſt Ver. per triennium, Alex de Neuo n. 8. de cland. deſponſ. contra Sanch. lib. 3. de matrim. diſp. 52. num. 2.* b *Gl. recepta in c. cupientes, 16. §. cæterùm, Ver. ſuſpenſos, de elect. in 6. & probant Gloſſa. & DD. allegati à Sanch. l. c.* c *ex conceſſione Conc. Trid. ſeſſ. 24. c. 6. de reform.*

iure

iure incurſas, ab his Epiſcopi in vtroque foro abſoluere *d* poſſunt, eo ipſo quòd reſeruatę non ſunt. *d arg. c. nuper, 29. & c. cum illorum, 32. de ſent. excomm. Gl. recepta in Clem. 1. §. Verùm quia, Ver. excommunicationis, de hæret. Abb. in c. 2. n. 5. de ſolut.*

LXXII. Epiſcopi lapſos in hæreſin tam laicos, quàm clericos, ſi pœnitentes ſint, & hæreſin abiurârint, in externo foro ab excommunicatione *a* Papali abſoluere, & Eccleſiæ reconciliare poſſunt. Id verò certiùs dici poteſt de Epiſcopis Germaniæ, vbi inquiſitores hęreticæ prauitatis alij non ſunt tum enim Epiſcopi inquiſitores *b* ſunt ac delegati Sedis Apoſtolicæ ſuper hæreſis crimine; ideoque ijs dictam facultatem competere ex iure *c* conſtat. Atque talis abſolutio facta in foro externo proderit etiam in ordine ad conſcientiæ forum *d*: Siquidem ablata per Epiſcopum, vel delegatum eius cenſura excommunicationis, abſolutus mitti poteſt ad Sacerdotem quemlibet, vt à peccato hæreſis abſoluatur.

a *Archidiac. Phil. Francus Domin. in c. Vt officium, de hæret. q. 192. §. 4. n. 51. Bonacina diſp. 2. de cenſur. q. 5. p. 2. n. 11.* b *Mol. tr. 5. diſp. 7. n. 5. Rodr. q. tom. 1. Regul. q. 10. n. 10. Barboſa de off. Epiſc. allegat. 105. n. 56* c *cit. c. Vt officium, §. Si verò.* d *Farinac. cit. n. 51. Sanch. lib. 2. mor. c. 12. n. 6.*

LXXIII. Si crimen hæreſis non deferatur ad forum externum ſeu iudiciale, ſed ſtatim ad forum pœnitentiarium Epiſcopi, aut Vicarij eius, certum apud omnes eſt, quòd abſolutio impendi non poſſit, ſi hæreſis notoria ſit. Sin verò occulta, vtrum facultas in Concil. Trident. conceſſa *a* Epiſcopis, ſublata ſit quoad hæreſin, & alios Bullæ caſus, per poſteriorum Pontificũ decreta DD. valde *b*

a *Seſſ. 24 c. 6. de reform.*

b *apud Rodr. tom 1. Regul. q. 20. a. 4. Suar. de cenſur. diſp. 21. ſ. 3. n. 5. Henriq. lib. 6. c. 14. n. 7. Sanchez cit. c. 12. n. 27. Steph. Aluinum de poteſt. Epiſc. c. 27.*

diſſen-

Digitized by Google

diſſentiunt. Verùm, quod ad Epiſcopos Germaniæ attinet, meminiſſe oportet, quod Doctores vno ore aiunt; Caſus Papales, ob nimiam frequentiam, vel ob impedimentum adeundi Papam fieri Epiſcopales: conſtat autem apud nos cum quotidiana frequentia eorum, qui ex hæreſi Lutherana, Caluiniana, Zvvingliana (de talibus enim tantùm loquimur, non item ſi aliquis nouam alicubi hæreſin introduceret) ad Fidem Catholicam ſe recipiunt, & non ad forum iudiciale, ſed ſtatim ad ſalutarem pœnitentiam, catechiſmum, hæreſis abiurationem, & recōciliationem adducuntur, iunctum eſſe impedimentum adeundi Pontificem ob loci diſtantiam, & alias varias cauſas: Quamobrem non ſolùm æquum, ſed etiam neceſſarium eſt, tales in foro conſcientiæ, etiam notorios hæreticos, abſoluendi facultatem Epiſcopis in Germania relinqui. Quamobrem ſecuritatis cauſâ à Sede Apoſtolica eam ſpecialiter poſtulant, & facilè impetrant.

LXXIV. Probabile eſt, quòd Epiſcopi Germaniæ, vbi cum Lutherana hæreſi infamia iuris coniuncta non eſt, cum Clerico in eam hæreſin lapſo, vel apud Heluetios in Zvvinglianam, diſpenſare poſſint *a* poſt peractam pœnitentiam, vt ad ordines altiores, & ad beneficia Eccleſiaſtica promoueantur. Idem quoque dici poteſt, ſi Clericus Religionem profeſſus à Fide ſimul & Ordine ad Lutheranos defecerit, poſt peractam pœnitentiam, ab Epiſcopo abſolui, & diſpenſatiuè reſtitui poſſe: Etenim Apoſtatam à Religione, qui exuto habitu excommunicationem incidit, à Prælato ordina-

a Theol. mor. lib. 1. tr. 5. p. 5. c. 4. n. 12. & indicat Gl. in cit. §. de adulteriis, contra Farinac. tit. q. 162. §. 5.

Sanch. lib 2. mor. c. 25.

dina-

dinario abſolui poſſe, non pauci *b* affirmant: quare cùm duo crimina diſpenſabilia occurrant, in vtroque diſpenſari poterit. Qua ratione dicunt *c* DD. quod habens facultatem legitimandi ſpurios, & inceſtuoſos, legitimare poſſit natum ex inceſtu, & adulterio ſimul: quia appellatione ſimplicium in materia fauorabili veniunt etiam mixta: Ita tamen, vt tantò grauior requiratur cauſa diſpenſationis cum tali criminoſo, quantò grauior eſt difformitas plurium ſimul iunctorum criminum.

b *Farinac. cit. q. 152. §. 4. n. 59. Card. Tuſchus lit. A. concl. 425. poſt Ioan. Calderinũ.* c *Bartol. in l. 2. ff. de verb. ſignif. Angel Aretinus Inſtit. de actionibus, §. omnium, n. 3. Abb. cit. §. de adulteriis, n. 10. Felin. n. 7.*

LXXV. Si clericus, vel Religioſus crimen committat, ob quod laicus ſecularis vltimo ſupplicio afficeretur, v. g. homicidium voluntarium ſimplex, ipſe deponendus *a* eſt: Si verò iteret, ita vt ſpectatis circumſtantijs, pœnas canonicas contemnere, & incorrigibilis eſſe cenſeatur; tum realiter degradatus, ſeculari Magiſtratui tradendus *b* erit. Idemque ſentiendum, ſi crimen atrociſſimum ſit, cui vel de iure cōmuni, vel recepta conſuetudine degradationis pœna decreta *c* eſt. Veruntamen ijs caſibus, quibus clericus degradatus Iudici ſeculari relinquendus eſſet, poterit etiam à Prælato Eccleſiaſtico in perpetuum carcerem *d* ſuum, ſine ſpe reſtitutionis, conijci.

a b *c. cùm non ab homine, 10. de Iudic. c. tua, 6. de pœnis.* c *Arnald. Albertinus de agnoſcẽdis aſſert. hæret. q. 25. n. 24. Farinac. in praxi lib. 1. tit. 1. q. 8. n. 81. Th. moral. lib. 1. tr. 5. p. 3. c. 5. n. 6.* d *c. Vt fama, 35. de ſent. excomm. c. 1. de hæret. in 6.*

LXXVI. Præter Epiſcopum, & ſub Epiſcopo, alij Prælati quidam iuriſdictionem fori externi obtinent, ij nimirum omnes *a*, qui ſeu ex lege, aut conſuetudine vim legis habente, vel ex Collegij Eccleſiaſtici regularis aut ſecularis, electione

a *Mol. tr. 5. diſp. 8. n. 6.*

b con-

b Innoc. in c. quanto, de Offic. Ordin. Abb. in c. ſi quis contra, n. 50. de foro comp. & in c. cùm cõtingat, n. 31. eod. tit. arg.

b conſtituuntur tanquam capita aliquorum, ſeu vt ex proprio munere regimen ſupra alios habeant, videl. Archidiaconus, Abbas, Præpoſitus Collegiatæ Eccleſiæ, & alij de quibus poſtea. Aliquando verò per conſuetudinem, vel priuilegium iuriſdictio in foro externo *c* comparata eſt, v. g. à Capitulo in Canonicos ſingulos, Clericos, Officiales ſuos.

c. 3. de Off. Ordin: 21. l. 3. C. de iuriſd. c *c. irrefragabilis, 13. de Offic. Ordin. & c. cùm contingat, 13. Vbi Abb. n. 4. de foro comp.*

a Innoc. in cit. c. quanto, n. 2. Abb. in cit. c. ſi quis contra, n. 50. arg. l. Vlt. C. de iuriſd. & eorum iuriũ, quibus dicitur, quod Epiſcopus ſit ordinarius Iudex Clericorum totius diœceſis.

b c. irrefragabilis, 13. §. exceſſus, de

LXXVII. Spectato communi iure, Epiſcopus cum inferioribus Prælatis (maximè ſecularibus) concurrit in iuriſdictione cumulatiuè *a*, ita vt detur locus præuentioni, atque in optione Actoris ſit, vtrum Reum ſtatim coram Epiſcopo, an coram inferiore Eccleſiaſtici Collegij Prælato conuenire malit. Interim negandum non eſt, quin Prælatus inferior, v. g. Archidiaconus, legitima conſuetudine comparare poſſit iuriſdictionem priuatiuè, ſeu excluſo Epiſcopo; adeò, vt in corrigendis delictis clericorum talis Eccleſiæ, alioquin nõ exemptæ, aut intra certos fines Archidiaconatus ſitæ, Epiſcopus ſe immiſcere non debeat. Verùm cùm Prælatus, vel Eccleſia eiuſmodi præſcribere non poſſit aduerſus ea quæ Epiſcopali gubernationi *c* intrinſeca ſunt, ideo dicendum eſt, nulla *d* conſuetudine obtineri poſſe, vt Epiſcopo omnis iuriſdictio, etiam in habitu adimatur; quominus

Offic. Ordin. c. Vlt. de offic. Archidiac. Abb. in cit. c. irrefragabili, n. 1. & c. paſtoralis, n. 7. eod. tit. c *c. cùm non liceat, 12. Vbi Abb. n. 2. & 13. de præſcript.* d *c. irrefragabili, 13. Ver. exceſſus, Vbi Abb. n. 2. ibid. Felinus in princ. de Offic. Ordin.*

infe-

inferioris Prælati defectum ſupplere poſſit: Modus autem ſolet eſſe iſte, vt Superior Inferiori conſtituat tempus *e* competens, intra quod officium ſuum præſtare, v. g. clericos corrigere debeat; alioquin ipſemet Superior, quod iuſtum eſt, decernet, & exequetur. e *cit. §. exceſſus.*

LXXVIII. Epiſcopus in quolibet loco *a* diœceſis ſuæ, non exempto, partibus ius dicere poteſt: dummodo locus honeſtus, & ſecurus ſit; & non nimis diſtans, ita vt partes grauentur. Tum enim petere poterunt, vt propinquior locus aſſignetur; &, ſi id denegetur *b*, appellare. Eaq; ferme etiam dici poſſunt de Epiſcopi Vicario; quòd ex cauſa rationabili, dum abſens eſt à tribunali, ſeu conſiſtorio ſuo, in quauis parte diœceſis iuriſdictionem contentioſam exercere poſſit. Ordinariè tamen partes litigantes ad *c* locum certum Conſiſtorij Epiſcopalis, quod in ciuitate Cathedrali plerumque eſſe ſolet, vocari debent. Sin autem Epiſcopus ex diœceſi ſua expulſus ſit, tum in vicina ius dicere poteſt *d* ſuis diœceſanis; dummodo non vltra duas dietas extra diœceſin propriam euocentur. a *c. cùm Epiſcopus, 7. de Off. Ordin. in 6.* b *Barboſa allegat.* 80. *n.* 6. c *Nauarr. conſil.* 2. *de foro comp. edit.* 2. *Barboſa l. c.* d *Clem. vn. de foro comp.*

LXXIX. Si Prælatus Epiſcopo inferior, v. g. Archidiaconus, territorium habeat ſeu diſtrictum, intra cuius fines iuriſdictio eius ſe extendit, tum extra eos *a* iudicialiter procedere non poteſt: Sin autem territorium non habeat, ſed ſolùm ipſi iuriſdictio competat in perſonas ſecundùm ſe, v. g. Collegiatæ Eccleſiæ Rectori, tum neque proprium alicuius loci tribunal habet, ſed in omni loco diœceſis iudicare *b* poteſt: Cõuenientiùs tamẽ *c* aget, a *c.* 2. *de conſtit. in 6.* b c *Abb. Panorm. in c, ſi quis contra, col. pen. & c. cùm contingat, n.* 3. *de foro comp.*

coget, ſi intra terminos Eccleſiæ ſuæ iuriſdictionem contentioſam exerceat.

LXXX. Licet Epiſcopus, cùm ordinarius ſit totius *a* diœceſis, inferiorum non exemptorum negligentiam, ac defectum *b* ſupplere poſſit; non tamen Archiepiſcopus *c* negligentiam, ac defectum Epiſcopi. Quia Archiepiſcopus in ſubditos Coepiſcopi ſeu Suffraganei ſui nullam *d* iuriſdictionem exercere poteſt, præterquam in caſibus iure expreſſis; quorum præcipuus eſt, ſi ad Archiepiſcopum *e* appellatum ſit. Alioquin, cùm verſemur in materia prohibitoria, eo ipſo quòd Archiepiſcopo iuriſdictio in caſu aliquo erga ſubditos Epiſcopi conceſſa non reperitur, cenſeri debet *f* prohibita. Quare alio remedio Archiepiſcopus vti debet erga Epiſcopum, vt videl. mandatis eum *g* compellat ad officium præſtandum: Sed in cauſis maioribus, & quæ priuationem, ſeu depoſitionem merentur, nemo, etſi Legatus à latere ſit, abſque ſpeciali Sedis Apoſtolicæ delegatione, procedere poteſt *h* contra Epiſcopum: quare, niſi ea ipſi exhibeatur, comparere non tenetur.

a *c. cùm Epiſcopus, 7. de off. Ordin. in 6.*
b *ſuprà concl. 76.*
c *c. 1. de ſuppl. negl. Prælator. in 6. Abb. in repet. c. ſi quis contra, n. 41. de foro comp.*
d *c. conqueſtus 8. cauſa 9. q. 3. cit. c. 1. & c. paſtoralis, 11. de offic. Ordin.*
e *cit. c. conqueſtus, & cit. c. paſtoralis, & videri etiam poteſt Concil. Trid. ſeſſ. 24. c. 20. de reform.* f *cit. c. 1. de ſuppl. negl. in 6, iuncto c. 2. de tranſl. Epiſc.* g *Abb. in c. duo ſimul, n. 5. de offic. Ordin. & in c. nullus, n. 2. de iurepatr.*
h *Trident. Concil. ſeſſ. 24. c. 5. de reform. Flammin. Pariſius de reſignat. benefic. lib. 1. q. 10. n. 40.*

LXXXI. Si inter Epiſcopum, & Clericum, ſuum controuerſia orta ſit, quis erit Iudex? Nam ipſemet Iudex eſſe non poteſt *a* in propria cauſa. Reſp. I. Si cauſa ciuilis inter Epiſcopum & clericum agitetur, partium conſenſu, arbitri *b* eligendi ſunt;

a *ſuprà concl. 44.*
b *c. ſi clericus, 46. cauſa 11. q. 1.*

ſunt; & ad id ab Epiſcopo *c* compelli poteſt ſubditus. I I. Si cauſa criminalis inter Epiſcopum & clericum ſuum verſetur, locus non eſt arbitris *d*; ſed cauſa deferri debet ad Concilium Prouinciale *e*: Id enim iuriſdictionem habet in omnes prouinciales; ſicuti Concilium generale in omnes Chriſtianos. I I I. Si Concilium prouinciale longo tempore non celebretur, neque in prouincia ſit Legatus Apoſtolicus, tali caſu (ne ob quamuis cauſam inter Epiſcopum & ſubditum ſuum Papa adeundus ſit) neceſſe eſt dicere, quòd Archiepiſcopus Iudex eſſe poſſit *f*; ita tamen, vt allata cauſa probabili recuſari & ab eo ad Papam appellari poſſit.

c *ibid. Turrecrem. & Gl. Ver. arbitros, Gl. in c. irrefragabili, 13. §. caterùm, de off. Ordin.*

d *c. cauſa, 9. de in integr. reſtit. Gl. in cit. §. caterùm.*

e *c. 2. cauſa 9. q. 3. & c. ſicut, 25. de accuſ.*

f *Imola in c. paſtoralis, n. 10 de off. Ordin. audito ad Ioan. Andr. in cit. c. irrefragabili.*

LXXXII. Si Epiſcopus in officio ſuo, & adminiſtranda iuſtitia negligens, atque culpabilis ſit, Cathedrale Capitulum non ſupplet eius defectum: quia maior minoris, non *a* minor maioris defectum ſupplere debet. Quamobrem neceſſe eſt, vt Capitulum Superioris, videl. Metropolitani, Papæ, aut Legati eius, auxilium & iuriſdictionem imploret. Quòd ſi Epiſcopus ob ſenium & infirmitatem, officio & adminiſtrationi non ſatis præeſſe poſſit, Sum. Pont. certior fieri debet, & expectari, donec ipſi Coadiutor *b* deſignetur. Sin autem Epiſcopus abſolutè dicto, eoque durabili impedimento detentus ſit, v. g. ob captiuitatem ab hoſtibus, ob amentiæ morbum, ad Capitulum interim ius adminiſtrationis *c* pertinet, donec aliud à Sede Apoſtolica ordinetur: quia perinde eſſe cenſetur ac ſi Sedes Epiſcopalis vacet. Idemque di-

a *Abb. in c. qualiter, n. 7. de Iudic.*

b *Archidiaconus, Petr. Ancharan. Francus in c. Vlt. de ſuppl. negl. Prælator. in 6.*

c *c. 3. eod. tit. in 6.*

Digitized by Google

cendum *d* videtur, ſi Epiſcopus in partes remotas abijt, nullo Vicario relicto.

d Steph. Quaranta in ſum. Bullarij, ver. Archiepiſcopus, n. 22.

LXXXIII. Adminiſtratio, & iuriſdictionis Epiſcopalis exercitium ad ſolum *a* Epiſcopum ſpectat, ita tamen vt abſque Capitulo, aut maiore parte eius, negotia expedire *b* non debeat, ſaltem quæ maioris *c* momenti ſunt: niſi per conſuetudinem legitimè præſcripſerit *d* Epiſcopus, vt in pertractandis negotijs Capitulum conſulere non teneatur. Tametſi verò iura canonica dicant *e* de conſilio Capituli requirendo; tamen in aliquibus cauſis *f* requiritur etiam conſenſus, idque ad valorem actus: I. In alienatione rerum Eccleſiæ. II. Si cauſa communis ſit Epiſcopo cum Capitulo. III. Quotieſcunque Eccleſiæ, vel ſucceſſoribus præiudicium generari poteſt.

a *Gl. communiter recepta in c irrefragabili, ver. per Capitulum, de Off. Ordin. Abb. c. ex parte, 33. n. 2. de reſcript. & in c. nouit, n. 6. de his quæ fiunt à Prælatis.*
b *cit. c. nouit, & c. ſeq. eod. tit.*
c *Abb. in cit. c. nouit, n. 6.* d *c. 3. vbi Ioan. Andr. n. 3. de conſued. in 6. & c. ea noſcitur, 6. de his quæ fiunt à Prælatis, Syl. ver. Prælatus, q. 5.* e *cit. c. nouit, vbi id Abb. notauit, n. 4. & c. quanto, eod. tit.* f *Abb. cit. c. nouit, n. 7.*

LXXXIV. Si Epiſcopus in hæreſin, vel ſchiſma lapſus ſit, amittitne Eccleſia iuriſdictionem, & alia iura? Reſp. I. Si Epiſcopus ſolus lapſus eſt, tum Eccleſia, ipſo excommunicato, & priuato, iura ſua *a* retinet: quia *delictum perſonæ non debet in detrimentum* b *Eccleſiæ redundare.* Idemque dicendum, ſi Prælatus Catholicus maneat, deficientibus Capitularibus: Imò verò quilibet Capitularium Eccleſiæ ſuæ iura retinebit, alijs *c* omnibus, etiam ipſo Prælato, priuatis. II. Si vnà cum Prælato, totum Capitulum & Clerus ab Eccleſiæ vnitate

a *Anton. & Felin. in c. inter, 8. de maior. & obed.*
b *reg. 76. in 6.*
c *arg. l. ſicut, 7. ff. Quod cuiuſq; Vniuerſitatis.*

defi-

deficiat, videtur *d* Eccleſia iura & priuilegia ſua amittere, etiam ſecundùm proprietatem: quia delictum Prælati, ſi Conuentus conſentiat, Eccleſiæ obeſſe *e* poteſt: atque id generaliter receptum videtur, quod Vniùerſitas tota delinquendo iura ſua perdat. III. Si Eccleſia ad Fidei Catholicæ vnitatem reuertatur, intereſt, vtrum iura amiſſa v.g. præſentandi, beneficia conferendi, decimas accipiendi, ab alijs poſſideantur; an verò vacantia ſint: Hoc caſu ipſo iure *f* recuperabit Eccleſia, veluti poſtliminij titulo: Illo autem caſu per Iudicis ſententiam, audita parte aduerſaria, *g* reſtitutio imperabitur: Niſi Principis, videl. Papæ auctoritate. translatio iurium *h* in aliam Eccleſiam abſolutè facta fuerit: quandoquidem id generatim dici poteſt, ſi priuatus, aut proſcriptus in integrum reſtituatur, id fieri oportere *i* ſine præiudicio eorum, quibus interim ius quæſitum fuit.

d *Anton. & Felin. loco cit. contra Ioan. Andr. in cit. c. inter, n. 4. Abb. ibid. n. 5.*

e *arg. c. 2. iun. Gl. ver. ipſius dolū, de ord. cognit. Gl in cit. reg. 76. Bart. in l. iubemus, 10. n 4. de SS. Eccleſiis.*

f *Imola cit. c. inter, n. 10. ibid. Felinus n. 4. arg. c. quia 5 de elect.*

g *arg. cit. c. inter, vbi Innoc. & Abb. n. 1.* h *Immola & Felinus ll. cc.* i *Bart. in l. Gallus, 29. §. Et quid ſi tantum, n. 11. ff. de liber. & poſthum. arg. l. 2. ff. de decurion. vbi Bartol. concludit, quòd Doctor abſolutè & in perpetuum ex Collegio excluſus, ſi reſtituatur, vltimum locum tenere debeat.*

LXXXV. Capitulum Eccleſiæ Cathedralis, vacante Sede, exercere poteſt *a* omnem adminiſtrationem, & iuriſdictionem Epiſcopalem. Quare poterit Capitulum in caſibus, qui per ſe, vel per accidens (propter impedimentum *b* adeundi Papam) Epiſcopales ſunt, diſpenſare, & abſoluere, *c* conſequenter ſuper his Pœnitentiarium conſtituere. Poteſt item Capitulum, vacante Sede, compellere executores teſtamentorum ad exequendum, &

a *c. his quæ, 11. c. cùm olim, 14. de maior. & obed.*

b *arg. c. de cætero, 11. de ſent. excōm.*

c *c. vn. de maior, in 6.*

Abb. in cit. c. his quæ, in fine. Quaranta in Bullario, ver. Capitulum vacante Sede, q. 3.

Digitized by Google

negligentes punire, atque rationes ab eiſdem exigere *d* ſicuti Epiſcopi poſſunt. Poteſt etiam Capitulum facere ſtatuta obligantia totam diœceſin: Sed Epiſcopus, aliúſue Prælatus, cùm conſtitutus fuerit, ea reuocare poterit; niſi in illa iurârit: dummodo tamen honeſta, & laudabilia ſint, neque Eccleſiæ, aut Epiſcopalibus iuribus, iuſtè acquiſitis, præiudicantia. Alioquin non *e* valebit iuramentum; cùm Canonici vacante Sede nihil poſſint ſtatuere de rebus *f* Epiſcopatus in eius præiudicium.

d *c. tua, 17. c. Ioan. 19. Vbi Couarr. n. 2. de teſtam. Zabar. Clem. Vn. col. 2. de teſtam. Quaranta q. 6. Ioan. Franc. Pauinus de poteſt. Capituli p. 2. q. 7.* e f *c. ſicut, 27. iun. Gl. Ver. in damnum, de iureiur. Felinus in c. cùm omnes, n. 10. de Conſtit. Pauinus p. 1. q. 6. n. 8.*

LXXXVI. Capitulum vacante Sede etiam ea exercere poteſt, quæ ſpeciali iure ſeu priuilegio Epiſcopis conceſſa ſunt, ita, vt in ordinariam eorum iuriſdictionem tranſierint, v. g. abſolutio, & diſpenſatio in caſibus Papalibus *a* occultis, &c. Secùs autem, ſi Epiſcopis, quamuis abſolutè & in perpetuum, conceſſum ſit, vt quippiam *b* expediant auctoritate Apoſtolica, ſeu vt delegati Sedis Romanæ, v. g. erga exemptos *c* & eidem Sedi immediatè ſubiecto. Secùs item eſt, ſi quæ Epiſcopis iure ſpeciali conceſſa ſint, ratione dignitatis Epiſcopalis, quæ ad Capitulum non tranſit: Talia ſunt indulgentias *d* concedere; Doctores *e* creare, & ſimilia: Item quæ valde ardua *f*, & ſecundùm conſuetudinem Eccleſiarum ſolis Prælatis competere

a *Trid. ſeſſ. 24. c. 6. de reform. & docet Sanch. lib. 8. matrim. diſp. 2. n. 10. Barboſa in remiſſ. ſuper cit. c. 6. Trid.* b *Gl. in c. ad abolendam, Ver. delegatis, de hæret. Abb. in c. cùm olim, dub. 5. de offic. Ordin. Sanch. cit. n. 10. Garcias de benef. p. 5. c. 2. n. 59. Barboſa de off. Epiſc. alleg. 92.* c *Clem. 2. de ſtatu Monach. Lapus, & Anchar. in c. Vn. de off. Ord. in 6.* d *Suar. 3. p. t. 4. diſp. 54. ſ. 4. n. 5. & alii apud Pauinum p. 1. q. 4. quamuis ipſe contrarium ſentiat, cum Abb. in cit. c. cùm olim, dub. 13.* e *Ioan. Andr. in c. Verùm, n. 9. Abb. n. 8. Fel. n. 2. de foro comp.* f *cit. c. cùm olim.*

Digitized by Google

cenſentur, (vt Synodum *g* congregare, diœceſin *h* viſitare, ſubſidium charitatiuum *i* poſtulare) Capitulum Sede vacante inſtituere non debet, niſi neceſſitas aliqua cogat. Alioquin verò, cauſas iudiciales, quamuis arduæ ſint, v. g. matrimoniales *k*, Capitulum cognoſcere non prohibetur.

g *Videri poteſt Henr. Bottam de Syn. Epiſc. p. 1. q. 6.* h *Pauinus p. 1. q. 7. Barboſa alleg. 73. n.* 24. i *Pauinus p. 1. q. 10. n. 18.* k *arg. c. veniens, 7. de eo qui duxit, &c. Pauin. cit. q. 10. n. 8. Quaranta q. 5*

LXXXVII. Capitulum donationes, & alienationes bonorum, ac iurium Epiſcopalium Sede vacante facere *a* non poteſt. Quare neque ſatis ſecurum eſt cum Capitulo, aut Conuentu in iudicio *b* contendere, vel tranſigere niſi Adminiſtrator *cum libera* à Papa conſtitutus fuiſſet: alioquin Prælatus poſtea conſtitutus, acta & ſententiam, aut tranſactionem reſcindere poteſt. Sed neque pecunijs mutuò acceptis Capitulum grauare poteſt Epiſcopatum *c*; niſi vtilitas, ac neceſſitas magna, & euidens ſit: tum ſucceſſor obligabitur, tanquam cuius negotium vtiliter ac prudenter geſtum fuit. Poterit etiam Capitulum vacante Sede licentiam dare Abbati tranſeundi ad *d* prælaturam alterius diœceſis; cùm hæc cenſeri non debeat propriè dicta alienatio.

a *c. ſi qua de rebus, 42. cauſa 12. q. 2.* b *Th. mor. lib. 1. tr. 4. c. 7. n. 12.* c *Gl. recepta in c. cupientes, 16. §. adhac, ver. aliunde, de elect. in 6. Pauin. p. 2. q. 8. n. 20. Gutierez lib. 1. can. qq. c. 1. n.* 132. d *Ioan. Andr. in c. ſi Abbatem, de elect. in 6. Abb. in c. cum olim, dub. 2. de off. Ordin.*

LXXXVIII. Capitulum vacante Sede beneficia, quæ ſunt liberæ collationis ad Epiſcopum ſpectantis, conferre *a* non poteſt; Niſi ex fundatione debeantur certæ perſonæ *b*, aut vni ex familia; ita vt collatio veluti neceſſaria ſit. Nam ob eam cauſam Capitulum præſentatos à patronis inſtituere *c*, & electos confirmare poteſt. Eandemq́;

a *c. 1. de Iuſt. c. vn. Ne Sede vacante, in 6.* b *Garcias de benefic. p.* 5. *c.* 7. *n.* 51. c *cit. c. 1.*

ob cauſam neceſſitatis, aut magnæ vtilitatis, Capitulum, vacante Sede, beneficia vnire, aut diuidere *d* non prohibetur: dummodo talis vnio, aut diuiſio per ſe non tendat in vtilitatem Capituli, neque iuri Epiſcopali præiudicet. Reſignationes autem beneficiorum, ſi abſolutè fiant, Capitulum recipere *e* non poteſt: Secùs, ſi cauſa permutationis; aut ſi reſignatio accipiatur propter commiſſum crimen, ſeu quia perſona inhabilis eſt: hæc enim ad neceſſitatem ſpectant. Denique ſi beneficij collatio ad Capitulum vnà cum Epiſcopo pertineat; tunc, Sede vacante, & conferri *g* poſſunt, & reſignationes eorum acceptari.

d *Theol. moral. lib. 4. tr. 2. c. 9. n. 6.* e *Flaminius Pariſius de reſignat. benef. lib. 7. q. 23. n. 37. Rebuff. in praxi, tit. de deuolut. n. 95. q. 9. limit. 5. arg. cit. c. vn. §. cùm verò.* f *DD. cc.* g *cit. c. vn.*

LXXXIX. *Si vacante Sede controuerſia* oriatur de feudo, quod ad Epiſcopum ſolum ſpectat, (quia ſi caſu aliquo aperiatur, ad menſam Epiſcopalem deuolui debet) tum Capitulum cognoſcere, ac decidere non *a* poteſt: Cùm non ſuccedat in ijs, quæ Epiſcopo competunt iure ſpeciali & *b* extraordinario: Quare neque ſuper tali feudo nouum vaſallum inueſtire poteſt. Sin autem feudum ad Epiſcopum, & Capitulum communiter *c* ſpectet, tunc & controuerſiæ circa illud ortæ vacante Sede cognoſci poſſunt *d*, & feudum, ſi iterum iuxta conſuetudinem conferri ſoleat, à Capitulo infeudari. Quod ſi denique feudum ad Capitulum ſolum ſpectat, tum etiam viuente Prælato, eoque non requiſito, infeudatio *e* fieri poterit.

a *c. Verùm, 7. iun. Gl. communiter recepta, Ver. quæſtio mota, de foro comp.* b *Ioan. Andr. ibid. n. 9. Abb. n. 8. Felin. n 2.* c *c. un. Ne Sede vacãte, in 6.*

d *Ioan. Andr. & Abb. cit. c. Verùm, vterq; n. 9.* e *Roſenthal de feudis, c. 4. concl. 26. n. 2.*

X C. Epiſcopis, & Capitulis vacante Sede, ſimilibuſque Prælatis ex officio incumbit, ut ſubdito-

ditorum, præſertim clericorum, *a* crimina corrigant, alioquin peccata ipſis *b* imputabuntur. Atque à tali legitima correctione, quæ ſecundùm canones fit, appellari nequit *c*; niſi in corrigendo modus excedatur. Quia correctio illa eſt veluti executio canonis: Ab executore autem, niſi metas excedat, appellare *d* non eſt licitum.

a b *c. licet, 12. & c. irrefragabili, 13. de Offic. Ordin.*
c *Trident. Conc. ſeſſ. 22. c. 1. de ref. cit. c. irrefragabili, & c. 3. c. reprehenſibilis, 26. de appellat.* d *l. ab executione, 5. C. Quorum appellat.*

Caput quintum.

DE VICARIO SEV OFFICIALI EPISCOPI.

XCI.

VIcarius generalis, qui & Epiſcopi Officialis *a*, aliàs Vicedominus *b* appellatur, eandem cum Epiſcopo iuriſdictionem *c* habet, quippe ei in Epiſcopali tribunali ſubſtitutus. Et eſt Vicarius vel ſimpliciter generalis, cui adminiſtratio tam in ſpiritualibus, quàm temporalibus commiſſa eſt: Vel generalis ſecundùm quid; videl. in ſpiritualibus tantùm, aut duntaxat in temporalibus: Diſcrimen inter hos eſt: I. Quòd Vicarius in temporalibus, ſeu Oeconomus Eccleſiæ poteſt eſſe *d* laicus: dummodo præeminentiam, aut poteſtatem non habeat *e* ſuper clericos. Sed Vicarium in ſpiritualibus clericum eſſe oportet: cùm ſpiritualia negotia laici *f* tractare non debeant. II. Vicarius in temporali-

a *c. Vlt. de off. Vicarii, in 6. ſeſſ 24. Trid. cap. 16.*
b *c. examinata, 15. de Iudic.*
c *Gl. in c. 2. de offic. Vicarii, in 6. Innoc. in c. ſua. eod. tit. & lib. Berachinus tr. de Epiſc. lib. 4. p. 7. q. 9. n. 11.*
d *Abb. in c. 2. n. 9. Decius n. 10. de Iudic. Syl. Ver. laicus, q. 1. Iac. Sbroz. de Vicario, lib. 1. q. 31. n. 5.* e *Abb. n. 11. ſeq. c. 2.*

Digitized by Google

bus, niſi alia ratione dignitatem in Eccleſia obtineat, non poteſt eſſe delegatus Sedis Apoſtolicæ: Sed ad Vicarium in ſpiritualibus *g* frequentes literæ iuſtitiæ, ac gratiæ à Sede Apoſtolica deſtinantur. At verò cùm ad regiones iſtas vltramontanas mittuntur, Officiali inſcribuntur: Idem enim eſt qui Vicarius, ex Epiſcopali tribunali, cui præeſt, præeminentiam ac dignitatem trahens.

g Sbrozius lib. 2. q. 49.

XCII. Vt Vicarius in ſpiritualibus generalis ſit, debet ei eſſe commiſſa generalitas locorum, ſeu totius diœceſis. Nam Vicarius, ſeu Officialis ſolùm pro ciuitatenſibus conſtitutus, non poteſt cenſeri generalis: ſed iuriſdictio eius erit diuerſa ab Epiſcopali, eaque delegata: quare neque Sedis Apoſtolicæ delegatus eſſe *a* poterit. Deinde debet illi eſſe commiſſa generalitas cauſarum, etiam pro externo foro: tametſi certum aliquod cauſarum genus alteri commiſſum ſit. Quandoque enim duo in diœceſi ſunt Officiales; quorum vnus principalis eſt, & ad quem literæ Apoſtolicæ deſtinantur; alter verò præeſt Conſiſtorio Epiſcopi in quibuſdam tantùm cauſis, videl. matrimonialibus, decimalibus. Et iſte non poteſt eſſe *b* delegatus Sedis Romanæ, niſi aliam dignitatem habeat, vel Eccleſiæ Cathedralis Canonicus ſit.

a arg. Clem. 2. de reſcript. Sbroz. lib. 2. q. 29. Garcias de benefic. p. 5. c. 8. n. 36.

b arg. cit. Clem. 2. & indicat Garcias cit. c. 8. n. 120.

XCIII. Licet aliquis vt Vicarius generalis, ſeu principalis Officialis, conſtitutus ſit, non poteſt *a* tamen ea expedire, quæ ſpecialem commiſſionem deſiderant, & ideo in officio generali comprehenſa non *b* cenſentur. Nihilominus Vicarius generaliter, & ſine expreſſis limitationibus inſtitutus, præſumptionem habet pro ſe, quod omnes

a c. 2. de off. Vicarii, in 6.

b arg. c. qui generaliter, 5. de Procurat. in 6.

cau-

Digitized by Google

cauſas *c* Epiſcopalis iuriſdictionis expedire poſſit, niſi iure ſcripto, vel recepta Eccleſiarū conſuetudine inter ſpeciales numerari, conſtet: Adeò quidem, vt ſi in aliquo canone dicatur, quippiam ad Epiſcopi, vel Diœceſani, aut Ordinarij poteſtatem pertinere, (niſi inter caſus exceptos, aut Epiſcopali dignitati proprios reperiatur) etiam Vicario generali competere cenſendum ſit; cùm eadem ipſe ordinaria iuriſdictione præditus ſit.

XCIV. Inter cauſas ſpeciales, & in generali officio Vicariatus non comprehenſas, cenſeri debent inprimis *a* criminales; ita vt proceſſus irritus ſit, ſi abſque ſpeciali commiſſione Vicarius ſe intromittat. Quod dictum limitationibus indiget: I. Inquirere, ac cognoſcere Vicarius poteſt *b* de criminibus, non vt ipſe puniat, ſed vt Epiſcopo referat. II. Inquirere, & cognoſcere *c* poteſt de crimine, non ad puniendum, ſed emendandum, & ſcandala cauenda. III. Si non criminaliter, ſed ciuiliter tantùm *d* agatur de crimine: V. g. Si Abbas non exemptus, cui ius inſtituendi competit, clericum inſtituerit abſque præſentatione Patroni, eo petente, cauſam cognoſcere poteſt Vicarius ad illati damni, ſeu iuris violati amotionem. IV. Vicarius ſine commiſſione ſpeciali, imponere *e* poteſt pœnas leues, v. g. pecuniarias mulctas: quia modicæ coërcitionis poteſtas *f* cuilibet, præſertim ordinariam iuriſdictionem exercenti, neceſſaria eſt. Cæterùm ſi crimen pœnam grauiorem mereatur, ad Epiſcopum referre debet Vicarius; cum ipſe

c Rebuff. in praxi. p. 1. tit. de forma Vicariatus, n. 152. Garcias p. 5. c. 8. n. 65.

a c. 2. de off. Vicar. in 6.

b c *Lapus. Ancharan. cit. c. 2. Franc. de Paninis de poteſt. Capit. Sede vacante, p. 2. q. 10. & alii apud Sbroz. lib. 2. q. 143. qui addit n. 8. quòd Vicarius eum, in quem ſine Epiſcopi mandato inquiſierat, abſoluere poſſit ſi abſoluendum eſſe arbitretur.* d *Ioan. Andr. Domin. Geminian. cit. c. 2.*
e *Sbrozius cit. q. 143. n. 12.* f *l. vlt. §. vlt. ff. de offic. eius cui mandata eſt iuriſdictio.*

Digitized by Google

non poſſit, abſque ſpeciali commiſſione, commutationem, *g* aut condonationem delicti facere: quin imò nec Epiſcopus *h* poterit, niſi diſpenſandi facultate præditus ſit.

g c. licet, 3. iun. Gl. Ver. pecuniari. am, de pœnis. h *de hoc ſuprà concl. 71.*

XCV. Cauſæ *a* matrimoniales, ſicuti criminales *b*, inter maiores, & arduas numerari ſolent: quare nec per arbitros *c* expediri; neque ab Archidiacono, & alijs Epiſcopo inferioribus cognoſci *d* poſſunt: Præterquam ſi ſpeciali conceſſione, aut conſuetudine immemoriali talem ſibi iuriſdictionem *e* compararint. Conſequenter dicendum, quod ad officium Vicariatus cauſæ matrimoniales nequaquam pertineant: Non prohibetur *f* tamen Epiſcopus ſeu Vicario ſuo, ſeu alteri idoneæ perſonæ cauſarum matrimonialium cognitionem etiam generaliter delegare: Imò tametſi Epiſcopo cauſæ matrimonialis cognitio à Sede Apoſtolica delegata ſit, poterit eam *g* alteri ſubdelegare: quandoquidem hoc præſertim tempore, quo matrimoniales cauſæ doctiſſimis multorum commentarijs illuſtratæ ſunt, non ita arduæ ac difficiles cenſeri debent, vt Epiſcopi præſentiam requirant. Sed & ipſemet Sum. Pontifex *h* quandoque cauſam matrimonialem Officiali, Abbati, aut ſimili perſonæ in dignitate conſtitutæ, delegare ſolet.

a b c *c. penult. de in integr. reſtit.* d e *c. accedentibus, 12. de exceſſ. Prælator. Concil. Trid. ſeſſ. 24. c. 20. de reform. iunctis Cardinal. declarat.* f *Bertachin. de Epiſc. p. 7. lib. 4. q. 20. Rebuff. de forma Vicariatus. n. 115. Sanch. 2. de matrim. diſp. 40. n. 17.* g *Decius in c. 3. de offic. deleg. Abb. c. ex literis, 4. not. 2 ibid. Imola n. 1. de in integr. reſtit. contra Sbroz. lib. 2. q. 43. n. 18.* h *cit. c. ex literis.*

XCVI. A caſibus Epiſcopo reſeruatis Vicarius abſoluere non poteſt, niſi ei ſpecialiter commiſſum ſit; ſicuti ferme committi ſolet in diœceſibus amplis. Multò minùs *a* Vicarius, abſque

a ex cõmuni Henriq. lib. 14. c. 19. in fine, Sanch. lib. 2. diſp. 40. n. 13. contra Zerulam in praxi Epiſc. p. 1. §. Decimum ſextum.

com-

commiſſione, abſoluere, aut diſpenſare poteſt in caſibus, qui alioquin Papales ſunt, ſed Epiſcopis competunt ſeu propter impedimentum adeundi Papam; ſeu ex priuilegio ſpeciali, in perpetuum *b* ipſis conceſſo. Nam hoc ipſo, quòd talia Epiſcopis, vel ſimilem Epiſcopali iuriſdictionem habentibus, competunt ex priuilegio ſpeciali, ipſo communi iure non ſpectant ad Vicarium. Cæterùm, quia eiuſmodi facultates conceſſæ dignitati, in ordinariam ipſius Epiſcopi, aut ſimilis Prælati iuriſdictionem tranſeunt, ideo vel Vicario, vel alteri idoneo delegari *c* poſſunt; & quidem non tantùm in particulari caſu, ſed etiam generaliter *d*; excepto *e* hæreſis crimine. Alioquin verò Vicarius in ſpiritualibus diœceſanos *f* omnes à quibuſcunque peccatis, quæ reſeruata non ſunt, abſoluere poteſt ratione officij, alijſque abſoluendi poteſtatem delegare.

b *Trid. ſeſſ. 24. c. 6. de reform.*
c d *Sanch. cit. diſp. 40. n. 17. Nauarr. lib. 5. conſil. 11. de priuil. n. 4. edit. 2. Garciaſ p. 7. c. 8. n. 48.*
e *Trid. cit. c. 6. Nau. in conſ. 1. n. 88. de Conſtit. edit. 2.*

f *ex communi Syl. Ver. Confeſſor 1. q. 1. Henriq. lib. 6. c. 13. n. 3. in comment. lit. m.*

XCVII. In generali officio Vicarij ſpiritualis non continetur *a* poteſtas diſpenſandi in votis, in iuramentis, & ſimilibus. Nam diſpenſatio eſt ſpecies gratiæ, ac donationis, quæ in generali commiſſione Vicariatus non comprehenditur: Imò diſpenſatio reſtitutioni in integrum æquiparatur, quæ & ipſa in generali mandato non *b* continetur. Poteſt tamen Vicarius, ſine ſpeciali commiſſione, diſpenſare in denuntiationibus *c* matrimonij: quia ius ipſum *d* Ordinario talem poteſtatem concedit: Nomine autem Ordinarij etiam Vicarius *e* com-

a *Rebuff. in forma Vicariatus, n. 44. Sanch. cit. diſp. 40. n. 12.* Guti*er. lib. 1. can. qq. c. 19. n. 15.*
b *l. illud, 25. §. Vlt. ff. de Minoribus.*
c *Gutierez l. c. Sbroz.*

lib. 2. q. 101. Sanch. lib. 3. diſp. 7. n. 10. contra Henriq. lib. 11. c. 5. n. 5. d *Trid. ſeſſ. 24 c. 1. de reform. matrim.* e *ex communi Pariſ. Flam. de reſig. benef. lib. 3. q. 11. n. 11.*

prehen-

prehenditur. Qua ipſa ratione Vicario conceſſum eſſe creditur, vt Confeſſarios *f* approbare poſſit; & excommunicationem *g* promulgare, ad inuentorum reſtitutionem faciendam. Nihilominus tales facultates Epiſcopus, ſi velit, ſibi reſeruare poteſt: cùm Epiſcopus, vti ampliorem Vicario, quàm ei ex generali commiſſione competere cenſeatur, poteſtatem dare poteſt; ita & *h* reſtrictiorem. Igitur num Vicarius in matrimonij denuntiationibus diſpenſare queat, ex cuiuſque Eccleſiæ conſuetudine peti debet: In multis enim diœceſibus id Vicario non permittitur, ſi Epiſcopus præſens ſit.

f *ob Trid. ſeſſ. 23. c. 15. de reform. Suar. tom. 4. diſp. 25. ſ. 5. Trid. ſeſſ. 25. c. 3. de reform. Sanch. lib. 3. diſp. 29. n. 16.*

g *Gutierez. l. c. Sanch. cit. diſp. 7. n. 10.*

h *Tabiena ver. Vicarius, q. 6. Paul. Piaſecius in praxi Epiſc. p. 2. c. 4. n. 12.*

XCVIII. Vicarius generalis, in quibuſdam Epiſcopatibus, ſciente ac tolerante Epiſcopo, diſpenſat in caſibus frequenter occurrentibus, v. g. circa ieiunia, feſta. Nam vbi diœceſis ampla eſt, & negotia multa, difficile eſt talia omnia ad Epiſcopum referri. Qua eadem ratione etiam Parochis quandoq; talis diſpenſatio permiſſa *a* eſt. Facilè etiam Vicarius, ſciente ac tolerante Epiſcopo, comparare poteſt diſpenſandi aliquam poteſtatem, ſi Epiſcopus in Cathedrali Eccleſia, vbi frequentior populus eſt, non reſideat. Tametſi enim abſentia hæc poteſtatem Vicarij non ampliet, per ſe loquendo *b*; conſuetudo tamen antecedentium Vicariorum, iuſta ratione nixa, oſtendit Epiſcopum contentum eſſe. Imò ſi Epiſcopus valde remotus ſit, vt conſuli & reſponſum expectari non poſſit, quodammodo neceſſaria ac debita Vicario eſt aliqua diſpenſandi *c* poteſtas. Qua ſimili ratione pro-

a *Th. moral. lib. 1. tr. 4. c. 22. n. 5.*

b *Sbroz. lib. 2. q. 30. n. 16.*

c *arg. c. 3. §. Epiſcopo, de tempor. ordinat. in 6.*

ne pro-

ne prouiſum *d* eſt, vt *Epiſcopo in remotis agente, eius in ſpiritualibus Vicarius generalis,* dimiſſorias, ſeu *ordinandi licentiam dare poſſit*: licet id aliàs Vicario *d* conceſſum non ſit.

d *cit. c. 3. Syl. Ver. Vicarius, q. 4. dicto 2. Tab. eod. Ver. q. 6.*

XCIX. Cùm officium Vicarij in ſubſidium Epiſcopi inſtitutum ſit, propter quandam neceſſitatē; ideo ea non comprehendit, quæ ad liberalitatem *a*, aut quamcunque alienationem ſpectant. Quamobrem beneficia conferre *b* non poteſt; niſi ei ſpecialiter commiſſum ſit. Verùm per hanc commiſſionem Epiſcopus non adimit ſibi conferendi poteſtatem; ſed concurrit cum Vicario ſuo. Imò, ſi non appareat, vter prius contulerit, præferenda eſt collatio Epiſcopi *c*, tanquam ampliorem poteſtatem habentis. Debet autem Epiſcopus Vicario generatim cōmittere collationem beneficiorum, ſaltem reſpectu certi loci, ſeu partis diœceſis, vbi plura beneficia exiſtunt: At verò certi beneficij nondum vacantis, collatio, aut reſpectu certæ perſonæ, committi non poteſt *d*: v. g. *conferas Titio beneficium proximè vacaturum in hac Eccleſia, ſeu per mortem, ſeu per reſignationem.* Præbetur enim occaſio modis inconceſſis *e* aperiendi viam beneficijs vacaturis.

a b *c. Vlt. de off. Vicar. in 6.*

c *DD. apud Sbroz. lib. 2. q. 93. 94. argum. c. dudum, 14. §. nos igitur, de præb. in 6.*

d *DD. in c. conſtitutus, 11. de conceſſ. præb. Gl. in c.* [illegible] *liberatione,*

§. prohibemus, Ver. cuicunq; de off. Legati, in 6. Rebuf. in praxi, tit. de Vicar. Epiſc. n. 15. e c. de conceſſ. præb.

C. Epiſcopus Vicario ſuo committere poteſt facultatem accipiendi reſignationem beneficij determinati; eaque admiſſa, denuo *a* eidem committere facultatem conferendi. Sed ſimul ſeu coniunctim non poteſt *b* Vicario cōmitti poteſtas reſignationem accipiendi, ac conferendi: quia hoc

a *Gl. recepta in cit. §. Prohibemus, Ver. Vbicunq;*

b *Abb. in cit. c. conſtitutus, n. 5. Sbroz. lib. 2. q. 52, n. 21.*

caſu committeretur collatio beneficij, priuſquam vacat. Non prohibetur verò Epiſcopus ius inſtituendi ad certùm beneficium, cum Capituli ſui aſſenſu, annectere *c* dignitati, alteriue beneficio in perpetuum: cùm hæc non ſit commiſſio, ſeu delegatio; ſed tranſeat in poteſtatem ordinariam. Deinde, ſi alicui iure debitum ſit beneficium in Eccleſia, quia v. g. canoniam ſiue præbendam conſecutus fuit, Epiſcopus mandare poteſt Vicario, vt in eadem Eccleſia morte, aut reſignatione vacaturum beneficium Canonico illi conferatur. Quia ſicuti conditiones, quæ de iure inſunt, in pactum *d* deduci poſſunt, licet alioquin non poſſent; ita etiam quod de iure *e* faciendum eſt, mandari ſeu committi poteſt, vt fiat.

c Rebuffus, tit. de Vicar. Epiſc. n. 27. ex c. 3. de Eccleſ. ædif.

d l. 3. ff. de rebus creditis.

e Vid. Th. mor. lib. 4. tr. 2. c. 10. n. 1.

CI. Si Vicario ab Epiſcopo data ſit facultas beneficiorum reſignationes accipiendi, non ideo etiam deſtituere, ſeu priuare poteſt beneficiatos: quia id maioris poteſtatis eſt. Sed nec vice verſa, data facultate priuandi ob commiſſa crimina, etiam reſignationes liberas *a* accipere poteſt: cùm à diuerſis non fiat illatio. Eademque ratione ſi conceſſa ſit poteſtas deſtituendi, non venit etiam poteſtas conferendi *b*; aut vice verſa: Quia tametſi hæc ferme coniuncta ſint in poteſtate ordinaria; non tamen in delegata, quæ terminos delegationis non tranſcendit. Denique etſi commiſſa ſit facultas conferendi omnia beneficia ad Epiſcopi collationem ſpectantia, tamen conferre non poteſt *c* Vicarius ea, quæ ad Epiſcopum ſpectant iure ſpeciali, ſeu deuoluto.

a Flamin. lib. 7. q. 24. n. 19.

b Flamin. ex communi cit. q. 24. n. 21.

c Rebuff. de forma Vicariatus, n. 98. Flamin. cit. q. 24. n. 64.

CII. Vicarius ex officio ſuo generali non poteſt

poteſt præſentare *a* ad beneficia, ſi præſentatio ad Epiſcopum ſpectet; cùm & hæc ſpecies ſit gratiæ, ac donationis. Imò conceſſa ei poteſtate conferendi beneficia, non ideò conceſſa intelligitur *b* facultas præſentandi, aut eligendi; ſed neque reſignationes *c* accipiendi: propterea quòd à diuerſis non poſſit fieri illatio, præſertim in materia ſtricta. Multò minus conceſſa poteſtate, reſignationes accipiendi, beneficia conferre *d* poteſt: quia conferre plus aliquid eſt, quàm reſignationem accipere. Nam Capitulum v. g. Sede vacante reſignationes accipere poteſt, ſed non conferre beneficia *e* quæ ad liberam collationem pertinent. Si tamen Vicario commiſſa ſit facultas accipiendi reſignationem beneficij, cauſa permutationis, quòd etiam conferre *f* poſſit, probabiliter dicitur; cùm collatio libera non ſit, ſed neceſſaria.

a b *Imola in c. Vlt. n.* 1. *de conceſſ. prabenda, Garcias p.* 7. *de benefic. c.* 8. *n.* 83. c *Flamin. lib.* 7. *q.* 24. *n.* 15. *Sbroz. lib.* 2. *q.* 71. d *Flamin. n.* 8. & 17. e *ſuprà concl.* 89.

f *Domin. cit. c. Vlt. de off. Vicar. in* 6. *in fine.*

CIII. Cùm Vicarius generalis ratione officij ſui expedire ea poſſit, quæ iuſtitiæ ac neceſſitatis ſunt, ideo canonicè electos *a* confirmare, & præſentatos inſtituere poteſt: Sed Eccleſias, & alia beneficia vnire, diuidere, vel ſupprimere conceſſum ei non eſt, abſque ſpeciali commiſſione; cùm hæc inter cauſas arduas numerentur.

a *arg. ex frequentibus,* 3. *de Inſtit. Gl. in c. Vlt. Ver. non poſſunt, ibid. Ioan. Andr. n* 2. *Anchar. in fine, contra Rebuff. in forma Vicariat. n.* 126.

CIV. Si Epiſcopus Vicario ſuo generalem facultatem det expediendi omnia, quæ poteſtatis ſuæ ſunt, ſeu plenam omnia expediendi facultatem, hac formula non cenſentur comprehenſa *a* quæ ſpecialem delegationem deſiderant. Quia ſpecialia non cenſentur mandata *b* aut commiſſa,

a *Sbroz. lib.* 1. *q.* 66. *n.* 5. *Tabien. Ver. Vicar. q.* 6.

b *c. qui ad agendũ, de Procurat. in* 6, *Couarr.* 1. *reſol. c.* 6. *n.* 3.

niſi

e ex cõmuni Syl. Ver. Vicarius, q. 4. dicto 3. Tabiena cit. q. 6.

d arg. c. Sedes, 15. de

niſi exprimantur. Sufficit tamen, ſi vnum ſpeciale *c* exprimatur, & per id ad alia extenſio fiat : v. g. *Committimus tibi facultatem diſpenſandi, & alia ſpecialem commiſſionem poſtulantia:* Nam ex vi talis commiſſionis poteſt Vicarius ea ſpecialia *d* expedire, quæ minora, aut æqualia ſunt, non itē maiora.

reſcriptis, Bald. communiter receptus in l. aliquando, n. 8. q. 15. ff. de Off. Proconſ. Tabiena loco cit.

a b Sbroz. lib. 2. q. 55. Sanch. lib. 3. diſp. 28. n. 8. Garc. p. 5. c. 8. n. 41. c infrà concl. 111,

CV. Si quæ ſpecialia eſſe ſolent, vt diſpenſationes, beneficiorum collationes, &c. generali Vicariatus officio vel in prima commiſſione añectantur, vel tanquam generali Vicario ſeu intuitu Vicariatus poſtea committantur, tum tranſeunt in eius ordinariam *a* poteſtatem. Sin autem quæ ſpecialia ſunt, non in prima commiſſione, neque intuitu Vicariatus committantur, pertinent *b* ad iuriſdictionem delegatam. Quare tunc à Vicario appellari poteſt ad Epiſcopum: Et mortuo, vel depoſito Epiſcopo, non extinguitur iuriſdictio Vicarij, ſi cauſa cœpta *c* ſit.

a ex cõmuni Abb. in c. quoniam, n. 2. de Offic. Ordin. Nauarr. conſil. 2. eod. tit. edit. 2.

b Cõc. Trid. ſeſſ. 24. c. 16. de reform. Nauar. de offic. Vicar. conſil. Vn.

CVI. Epiſcopus ex canonum præſcripto, & Eccleſiarum recepta conſuetudine, tenetur *a* Vicarium generalem inſtituere, eumque peritum *b* ac idoneum. Alioquin obligabitur *c* Epiſcopus, ſi quid ille in officio ſuo non rectè egerit: Cum id generale ſit, quòd Dominus obligetur ex culpa Officialis *d*, ſi negligentem præpoſuit, aut ſciens tolerauit. Atque hoc caſu, ſi Vicarius in officio ſuo delinquat, ita vt etiam Epiſcopus culpæ particeps ſit, ad Metropolitanum pertinet *e* cauſam cognoſcere

c arg. c. 3. de off. Archidiac. Abb. in c. 1. n. 6. de reſtit. ſpoliat. Rebuff. in forma Vicar. n. 189. Piaſec. p. 2. c. 4. n. 15. d *Tabiena Ver. Dominus n. 7. Syl. Ver. Nauta, q. 5. ex l. 1. §. familia, ff. de Publicianis.* e *c. 1. de offic. Vicar. in 6. Gl. ibid. Ver. rationabili cauſa, Ioan. Monach. n. 2.*

Digitized by Google

ac punire. Quamobrem Epiſcopus tunc debebit exhibere Vicarium ſuũ *f* poſcenti Metropolitano.

Capit.p.2.§.princip.q. 10. n. 23. Sbroz.lib.3.q.57. n. 6.

f *Pauinus de poteſt*

CVII. Si Vicarius generalis in aliquo delinquat vt perſona priuata, Epiſcopus Iudex eſt; Archiepiſcopus autem ſeu Metropolitanus ſe immiſcere *a* non debet; niſi ad eum appellatum fuerit. Sed etſi Vicarius in officio ſuo deliquerit, v.g. iniuſtè iudicando, ſi tamen Epiſcopus culpæ particeps non ſit, Archiepiſcopus ſe immiſcere non *b* poteſt, niſi Epiſcopus requiſitus, cognoſcere, & factum emendare negligat. Etenim licet iuriſdictio Vicarij non diuerſa, ſed eadem reputetur cum Epiſcopali, alio tamen modo reſidet in Vicario, vid. dependenter ab Epiſcopo: cui proinde Vicarius ratione officij ſui aliquo modo ſubordinatus eſt.

a *Gl. & Ioan. Monach. in cit. c. 1.*

b *Dur. in ſpec. lib. 2. part. 1. tit. de comp. Iudic. adit. §. ſequitur videre, n. 3. Sbroz. cit q. 57. n. 11.*

CVIII. Si Vicarius ex commiſſa ſibi facultate ad beneficium curatum inſtituit perſonam indignam, refert, vtrum Epiſcopus conſenſerit, vel inſtitutionem ratam habuerit; tum pro ea vice priuatus *a* eſt, & collatio, vel inſtitùtio ad Capitulum, vel Metropolitanum deuoluitur. Sin autem ignorante, neque ratum habente Epiſcopo id factum, tum culpa Vicarij illi obeſſe non debet *b*, quominus remoto indigno conferre poſſit digno: quandoquidem collatio *c* irrita fuit. Si enim valida eſſet, non poſſet eam reſcindere Epiſcopus: quia factum Vicarij, cenſetur factum *d* ipſius Epiſcopi. Sed ipſemet Vicarius non videtur alium inſtituere poſſe; quia ſemel inſtituendo aliquem, quamuis malè, cenſetur functus *e* officio ſuo; imò ſecundùm

a *c. ſi compromiſſarius, 37. de elect. in 6. c. cùm in cunctis, 7. §. Clerici, extrà eod. Rebuff. de forma Vicariatus, n. 141.*

b *Rebuff. n. 140. & tit. de Vicariis, n. 40.*

c *arg. cit. c. ſi Compromiſſarius.* d *Rebuff. cit. n. 40. arg. c. 2. de conſuet. in 6. e cit. c. Si Comp. Rebuff. de forma Vicariatus, n. 147.*

canones non cenſetur habilis ad aliam collationẽ ſeu inſtitutionem faciendam, ſaltem *f* pro eâ vice.

f cit. c. cùm in cunctis, & cit. c. ſi Compromiſſarius.

CIX. Vicarius ſuopte arbitratu alium ſibi in officio Vicariatus inſtituere non *a* poteſt: cùm nemo inferior Principe officium *b* ſuum ordinarium alteri committere ſeu vicarium ſibi ſubſtituere poſſit, niſi id ex lege, vel Principis beneficio conſecutus ſit. Sin autem Vicarius ex iuſſu, ſeu auctoritate Epiſcopi alium ſibi Vicarium ſubſtituat, etiam ad tempus longum, valebit ſubſtitutio *c*: quandoquidem Epiſcopus præter Vicarium ſeu Officialem principalem, alium minùs principalem, ſeu ſubordinatum principali, inſtituere non prohibetur. Denique ex cauſa neceſſitatis, propter infirmitatem, vel abſentiam, Vicarius ad tempus *d* aliquod breue cum eadem iuriſdictione ſubſtituere ſibi aliquem poterit.

a *arg. c. clericos, de Off. Vicar.*
b *Auth. de Collatoribus, c. 20. & Auth. Vt nulli Iudicum, cap. 1. collat. 9.*
c *Rebuff. de forma Vicariatus, n. 77. Sbroz. lib. 2. q. 66. n. 17.*
d *arg. c. 1. de Offic. Vicarii in 6. & Auth. Vt nulli Iudicum, c. 1. Gl. in Clem. 1 Ser. locum, de Regular.*

CX. Per mortem, renuntiationem, aut depoſitionem Epiſcopi, extinguitur omnis iuriſdictio Vicarij, etiam quoad cauſas *a* cœptas: quia idem vtriuſque *b* conſiſtorium eſt. Sin autem Epiſcopus excommunicatus, ſuſpenſus, ac interdictus ſit, poſtquam denuntiatus fuerit, vel ſi ob Clerici percuſſionem vitandus ſit, ſuſpenſa & impedita interim erit iuriſdictio *c* Vicarij, etiam quoad negotia cœpta. Et hæc locum quoque habent in ſubſtituto à Vicario propter cauſam neceſſitatis; ſi Vicarius, qui iuriſdictionem contulit, moriatur, aut excommunicetur, quòd ſubſtituti iuriſdictio pariter

a *Canoniſtæ, nominatim Abb. in c. licet, n. 8. de offic. delegati, Sanch. lib. 3. diſp. 30. n. 3.*
b *Innoc. in cit. c. licet, n. 3.*
c *Innoc. loco cit. & alii apud Sanch. n. 7.*

ceſſet,

ceſſet, vel ſuſpenſa maneat *d*, etiam quoad cauſas *e* inceptas.

d cit. c. 1. de Off. Vicarii, in 6. e Innoc. cit. loco, Sbroz. p. 3. q18. n. 10.

CXI. Vicarius generalis vnam, vel alteram cauſam alijs delegare *a* non prohibetur. Quia talis delegandi poteſtas ad officium Vicarij omnino neceſſaria videtur; præſertim vbi multa negotia ſunt, & ampla diœceſis. Hoc verò caſu, ſi accidat Vicarium, qui delegauerat vita excedere, reuocari, vel ex cenſura iuriſdictionem impeditam habere, iuriſdictio delegati ceſſat, vel ſuſpenditur, ſi res integra ſit *b*; ſecùs, ſi negotium tunc cœptum erat: quandoquidem delegatus non eandem, ſicuti ſubſtitutus *c*, ſed diuerſam iuriſdictionem obtinet.

a ex cõmuni Sbroz. lib. 2. q. 66. n. 20.

b Abb. in cit. c. licet, n. 8. Ioan. Andr. in cit. c. 1. n. 2. Franc. n.

c Innoc. in cit. c. licet, Rob. Maranta de ordine iudic. p. 4. n. 18.

CXII. Mortuo Epiſcopo, Capitulum Cathedrale Vicarium, ſeu Officialem confirmare debet; vel, eo remoto, alium conſtituere *a*: idque intra dies decem poſt mortem. Atque iſte à Capitulo, vacante Sede, conſtitutus aut confirmatus Vicarius Epiſcopalem iuriſdictionem, loco & vice Capituli exercet. Quare eiuſdem Vicarij poteſtas, & officium, vnà cum Capituli iuriſdictione, iterum *b* expirat, per noui Epiſcopi confirmationem, & Epiſcopatus poſſeſſionem; ita vt à nouo Epiſcopo denuo confirmandus ſit Vicarius.

a Trid. ſeſſ. 24. c. 16. de reform.

b Franc. de Pauinis de poteſt. Capit. Sede vac. p. 2. q. 10. n. 19. Sbroz. lib. 3. q. 42.

CXIII. Si cauſa aliqua à Sede Apoſtolica delegata ſit Vicario, ſeu Officiali Epiſcopi, eo mortuo, ſi nondum cœpta eſt, expediri non poſſe, aliqui *a* arbitrantur, poſteaquam à Capitulo confirmatus eſt: cùm iam Capituli, non Epiſcopi Officia-

a Felin. in c. cùm te, n. 17. Ver. faciunt hæc, de reſcript.

lis ſit. Sed contrarium eſt *b* probabilius; Cùm enim Epiſcopalem iuriſdictionem vice Capituli habeat, quodammodo eſt Vicarius *c* Epiſcopi : Accedit, tametſi Principis reſcripta ſtrictæ interpretationis ſint, quatenus tendunt in præiudicium partis; tamen amplam, & benignam interpretationem *d* mereri, quatenus concernunt poteſtatem Principis concedentis, aut delegantis. Sed & id probabile eſt, quòd mortuo vel remoto Vicario, qui ei ſubſtituitur, cauſam Anteceſſori à Sede Apoſtolica ſub nomine dignitatis, ſeu Vicariatus officij delegatam, *e* exequi poſſit. Tametſi enim, ſi propriè loquendum ſit, Vicarius ſucceſſorem non habeat; cùm eius ius, tanquam precariò datum, extinctum ſit per mortem, vel amotionem; tamen ex reſcripto Pontificis colligitur, mentem eius eſſe cauſam committere illi, qui officium Vicariatus exercet; adeò, vt ipſo abſente, etiam ſubſtituto *f* eius, ſi alioquin capax ſit, reſcriptum tradi poſſit.

b *Sanch. lib. 8. diſp. 27. n. 33.*
c *Zabar. Clem. 2. de refor. q. 13.*
d *Bald. in l. 4. C. de emancip. liberorum.*
e *Sbroz. lib. 3. q. 39. in fine Sanch. l. c. n. 41. Flamin. de reſign. lib. 1. q. 11. n. 27. contra Domin. in c. ſtatutũ, col. 3. de reſcrip. in 6. Deciũ in c. quoniam, n. 9. Auguſt. Berouum n. 100. Felin. n. 7. de off. deleg.* f *arg. l. 2. ff. de off. c. eius, qui vicẽ alicuius Iudic. obtinet.*

CXIV. Si Vicario, ſeu Officiali à Sede Apoſtolica, cauſa aliqua delegata ſit, Epiſcopus ſe intromittere, aut ipſi aliquid imperare *a* non poteſt : Cùm in ea cauſa Vicarius ſubordinatus non ſit, ſed maior *b* ipſo Epiſcopo. Sed neque mortuo, aut amoto Vicario, Epiſcopus cauſam expedire poteſt : Licet enim tunc Vicariatus officium ad Epiſcopum deuoluatur, non tamẽ iuriſdictio à Pontifice delegata, quæ omnino diuerſa eſt.

a *Rebuff. in forma Vicariat. n. 161. Nauar. lib. 1. conſil. 5. de off. deleg. edit. 2.*
b *c ſanè, 11. de off. deleg.*
c *Decius in cit. c. quoniam, n. 9. Sanch. cit. diſp. 27. n. 30. contra Bertachin. de Epiſcopis, l. 4. p. 7. q. 4.*

CXV. Denique plerique *a* docent, quòd

a *Felin. in rubr. de maior. & obed. Tuſchus ver. Vicar. concl. 482. & alij apud eos.*

Vica-

Vicarius omnes alios in Eccleſia præcedere & proximum poſt Epiſcopum, cuius vices ſubit, locum tenere debeat. Quod ſanè extra controuerſiam eſſe debet, ſi loquamur de pertinentibus ad tribunal Epiſcopale. Sed in alijs actibus, vt ſeſſione in choro, proceſſionibus, &c. ſeruanda eſt cuiuſque Eccleſiæ conſuetudo. Quandoquidem etiam de Vicario Prætorianæ præfecturæ legitur *b*, eum in cauſis ciuilibus, ſeu iudicijs præferendum eſſe Comitibus militaribus; ſed in rebus militiæ poſtponendũ.

b *l.* 1. *C. de off. Vicarii.*

Caput ſextum.

DE ORDINARIIS RELIGIOSORVM PRÆLATIS.

CXVI.

Religioſi omnes, ſicuti clerici ſeculares, olim Epiſcopis *a* ſubiecti erant. Sed poſtea multi Religioſi Ordines exempti ſunt ab Epiſcoporum, & aliorum Ordinariorum, (Legati à latere excipi *b* debent) iuriſdictione. Sunt tamen caſus ſpeciales, quibus Religioſi, alioquin exempti, iuriſdictioni Ordinariorum, ſaltem vt Apoſtolicæ Sedis delegatorum, ſubijciuntur: Videl. ſi extra clauſtrum ſine Superiorum licentia *c* vagentur; aut foris *d* permanenter verſantes delinquant: Vel ſi intra clauſtrum degentes, foris, notoriè & cum populi ſcandalo delictum comittant, atque Prælatus Ordinis *e* intra tempus ipſi definitum ab Ordinario, non puniat:

a *c. qui verè,* 12. *cauſa* 16. *q* 1. *c. Abbates,* 16. *cauſa* 18. *q.* 2. *ex cõmuni Rodriq. tom.* 2. *Regul. q.* 2. *a.* 5.

b *Rodriq. cit. tom,* 2. *q.* 64. *a.* 4.

c *Trid. ſeſſ.* 25. *c.* 4. *de reformat.*

d *Seſſ.* 6. *c.* 3. *de Regular.*

ſeſſ. 25. *c.* 4. *de ref. Videatur Nau. c. non dicatis,* 12. *q.* 1. *n.* 63. *Rodr. tom.* 2. *q.* 2. *a.* 8. *Barboſa alleg.* 105. e *ſeſſ.* 25. *c.* 14. *de Regul. Clemẽs VIII. in decreto apud Rodriq. tom.* 2. *q.* 2. *a.* 6.

Si in publicis proceſſionibus *f* controuerſiæ inter Religioſos oriantur: Si ſponſos ſine proprij Parochi licentia matrimonio coniungant *g*, aut benedicant: Si quid ex bonis Nouitij accipiant *h*, aut acceptum, ante profeſſionem eius non reſtituant: Si illiberales Eleemoſinarum exactiones exerceant, vt à turpi quæſtu *i* non longè abſint: Aut ſi horis non debitis celebrent; vel in oratorijs priuatis, (niſi Apoſtolico priuilegio *k* muniti ſint) aut ſi quæ ſuperſtitioſa ſunt, in Eccleſijs ſuis vſurpent, &c. Feſta ab Epiſcopo indicta Regulares etiam exempti omnes *l* obſeruare coguntur; & interdicta, præcipiente Epiſcopo, in Eccleſijs ſuis promulgare: Si Regulares ſint teſtamentorum executores, ad reddendas Epiſcopo rationes *m* cogi poſſunt. Moniales, etiam quæ exemptæ ſunt, Epiſcopi ad clauſuram obſeruandam *n* compellere debent; In earundem quoque Confeſſarios, & Adminiſtratores bonorum Epiſcopis poteſtas *o* conceſſa eſt.

f *ſeſſ. 25. c. 16. de Regul.* g *ſeſſ. 24. c. 1. de reform. matrim.* h *ſeſſ. 25. c. 16. de Regul.* i *ſeſſ. 22. decreto de vit. & obſeru. in celebr. Miſſa. & cit. decreto.* k *Th. mor. lib. 5. tr. 5. c. 5. n 4. & 5.* l *ſeſſ. 25. c. 12. de reform. Rodriq. tom. 2. q 71. a. 1.* m *Clem. Vn. de teſtam. Barboſa p. 3. allegat. 82. n. 34.* n *Trid. ſeſſ. 25. c. 5. de Regul.* o *Gregor. XV. in Bulla inſcrutabili, Anno 1623. Videatur Rodriq. tom. 2. q. 64. a. vlt. Videri poteſt Rodriq. tom. 2. q. 64. a. vlt.*

CXVII. Regulares, qui ab Ordinarijs locorum exempti non ſunt, nihilominus in ijs quæ pertinent ad vota ſua, obſeruationem regulæ, ac diſciplinam domeſticam, ſubiecti ſunt iuriſdictioni *a*, ac correctioni Prælati Ordinis, ita vt Epiſcopus ordinariè ſe immiſcere, aut Prælatum impedire non *b* debeat. Prouenit autem hæc Prælatorum iuriſdictio fundamentaliter quidem, ſeu potiùs occaſionaliter à votis Religioſis, præſertim obedientiæ; ſed formaliter ac directè prouenit à Prælatis

a *Innoc. in c. quanto, n. 2. Abb. n. 5. de Off. Ordin. Syl. ver obedientia, q. 8. Sanch. mor. c. 1. n.* 12. b *c. ad aures, 5. de temp. Ordin.*

Eccle-

Eccleſiæ, præſertim Sum. Pontifice, vnde omnis Eccleſiaſtica ligandi, atque ſoluendi poteſtas conueniente ordine deriuatur.

CXVIII. Epiſcopo Regulares ſubſunt non *a* ratione voti, quippe quod ipſi (ſaltem viri Religioſi) præſtare non ſolent; ſed vt alij clerici iuriſdictionis Epiſcopalis *b* legi ſubiecti ſunt; in ijs nimirum quæ ad Eccleſiaſticam diſciplinam ſpectant; & quoad punitionem criminum grauiorum *c*, pręſertim quæ depoſitionem merentur. Quoad alia verò, videl. regularem diſciplinam ſeruandam, & lapſus communes puniendos, ſeruat Epiſcopus iuriſdictionem quoad habitum, ita, vt ſi Prælatus negligens ſit, vel remiſſus, ipſemet *d* prouidere debeat. Nam ob eam maximè cauſam Epiſcopus Monaſteria ſibi ſubiecta viſitat, & inquirit, num regula obſeruetur, ac diſciplinæ integritas vigeat.

a *ex cōmuni Sanchez cit. c. 1. n. 12. contra Suar. tom. 3. de Relig. lib. 10. c. 11. n. 15.*

b *in qq. diſput. de elect. q. 27.*

c *Syl. ver. obedientia, q. 10. dicto 2. Sanch. loco cit. Th. mor. lib. 1. tr. 4. c. 7. n. 28.*

d *arg. c. irrefragabili, 13. de Off. Ordin. Suar. loco cit.*

CXIX. Si quis cum Religioſo non exempto, degente v. g. in Academia, litem habeat ſuper debito pecuniario, conuenit *a* magis, vt Epiſcopus, vel Academiæ Gubernator Iudex ſit. Si tamen Actor ſubijcere ſe velit iudicio Prælati Ordinis in cauſa hac quæ Monaſterium potiùs attingit quàm Prælatum eius, nihil prohibet *b*, ipſum iudicare. Sin autem Monaſterium, ad quod Profeſſus pertinet, & ex cuius bonis ſolutio debiti facienda eſt, ſubiectum ſit Abbati alterius Monaſterij, tum in *c* arbitrio Actoris erit, num litem ad Epiſcopum, an ad Abbatem ſuperiorem deferre malit. At verò exempti, Apoſtolicis *d* priuilegijs ferme defen-

a *Abb. in c. quantò, n. 5. de Off. Ordin.*

b *ſuprà concl. 44.*

c *Abb. cit. loco.*

d *Nauar. comment. 2. de Regular. n. 63. Rodriq. tom. 2. Regul. q. 2. n. 8.*

duntur, quominus extra Conuentum degentes coram Ordinarijs locorum, non obſtante Tridentino *e* conueniri poſſint; præterquam in cauſis mercedum *f* ac miſerabilium perſonarum.

e ſeſſ. 7. c. 3. de reform. & ſeſſ. 25. c. 4. de Reg. *f ead. Trid. ſeſſ. 7. c. 14. de reform. Nauar. cit. n. 63.*

CXX. Licet Monaſteria, alioquin Epiſcopo ſubiecta, à lege diœceſana, vt vocant *a*, exempta ſint, videl. quoad præſtationes cathedratici, charitatiui ſubſidij, & ſimilium; excipi tamen debet. I. Quòd ratione parochiarum ſibi incorporatarum, niſi & hæ exemptæ ſint, *b* pendere debeant. II. Tam exempti, quàm non exempti quartam canonicam ex legatis, & funeralibus oblationibus præſtare debent *c*, quatenus ea in vſu eſt. III. Procurationes ſeu uictualia, dum Epiſcopus per ſe, vel per alium viſitat, Monaſteria non *d* exempta; imò etiam exempta ratione parochiarum ſuarum non *e* exemptarum, ſoluere coguntur. Debent autem procurationes hæ ab Eccleſijs exigi ſecundùm cuiuſque facultates *f*, & ita moderatè, vt nequaquam grauentur. Quòd ſi pauperes Eccleſiæ ſint, omnino ſubleuari eas *g* oportet.

a *c. dilectus, 18. de Offic. Ordin.*

b *Gl. recepta in cit. c. dilectus, Ver. de lege iuriſdictionis.*

c *Trid. ſeſſ. 25. c. 13. de reform. Th. moral. lib. 3. tr. 5. c. vlt. n. 13.*

d *c. ſopita, 14. de cenſibus.*

e *in qq. de elect. q. 209.*

f *Trid. ſeſſ. 24. c. 3. de reform. Piaſecius in praxi p. 2. c. 3. n. 14. Paulus Silodius de Viſit. p. 2. c. 1.* g *Ioan. Franc. Pauinus de Viſitat. p. 1. q 6. n. 8. & 9. Zerula in praxi, p. 1. Ver. Viſitatio, dub. 7. Syl. eod. q. 5.*

CXXI. Abbates ac Præpoſiti regulares, qui exempti non ſunt, ad *a* Synodum Epiſcopalem venire debent: Sed & exempti omnes *b*, qui aliàs, ceſſante exemptione ſua, intereſſe deberent, nec generalibus Capitulis ſubduntur; ſicuti & ij (ſiue ſeculares ſiue regulares ſint) qui parochiarum non exemptarum *c* curam gerunt, venire debent, ſi vocentur:

a *c. quod ſuper, 9. de maior. & obed. c. penult. & vlt. d. 18. c. Abbates, 16. cauſa 18. q. 2.*

b *c Trid. ſeſſ. 24. c. 2. de reform.*

centur: Etenim non omnes Curati, vbi diœceſes amplæ ſunt, vocari ſolent; ſed præcipui tantùm, videl. Decani apud nos, & Camerarij. Sed nec omnes *d* Canonici venire ſolent, ne Eccleſiæ debito interim deſtituantur ſeruitio; ſed aliqui tantùm nomine omnium; præſertim Decanus, aut Præpoſitus.

d *Barboſa allegat. 93. n. 11. Videri poteſt Præſecius p. 2. c. 2. n. 1. Bottanus de Synodo p. 2. n. 18. & ſeqq.*

CXXII. Ad viſitationem Monaſteriorum Epiſcopum adhibere oportet paucos viros idoneos *a* qui Eccleſiaſtici eſſe debent, non laici. Imò decens eſt, vt ad hanc viſitationem non ſoli Clerici ſeculares adhibeantur, ſed etiam Religioſi *b*; quia hi in talibus officijs exercitati *c* eſſe cenſentur. Quòd ſi Epiſcopus ipſemet viſitet, tunc conuenit vt duos ſecum Canonicos *d* habeat, tanquam Conſiliarios, ac collaterales ſuos.

a *c. Vt iuxta, 17. de offic. Ordin.* b *cit. c. Vt iuxta.* c *Gl. ibid. Ver. adiunctis, & c. in ſingulis, 7. de ſtatu Monach. & conſentit extrau. debent, iun. Gl. de Offic. Ordin. Ver. Religioſa.* d *cit. c. Vt iuxta, iun. Gl. Ver. Eccleſia, arg. c. penult. cauſa 15. q. 7. & c. ad audientiam, 15. de Cler non reſident.*

CXXIII. Quæritur: Si Prælatus Ordinis ſententiam v. g. excommunicationis in Regularem ſuum pronuntiauit, vtrum à Superiore eius abſolui poſſit. De hac re regula tradi *a* ſolet: Quòd Prælatus ſuperior relaxare poſſit cenſuram latam ab inferiore. Et id quidem rectiſſimè dicitur, ſi ſubditus duos Superiores habeat, cum ſubordinatione, quibus plenè ſubiectus ſit, ſecundùm iuriſdictionis exercitium. Quamobrem Sum. Pontifex excommunicatos, ſuſpenſos, aut interdictos à quibuſcunque Ordinarijs abſoluere poteſt; Generalis item Ordinis eos, quos Guardianus, Prior, aut Rector Conuentualis excommunicatione, aliáue cenſura conſtrinxit. Idemque ſimili ratione dicendùm de

a *Gl. in c. 3. Ver. non relaxes, de Off. Ordin. S. Th. in 4. d. 18. q. 2. a. 5. Palud. ibid. q. 5. a. 2. Suar. de cēſur. diſp. 7. ſ. 2. Couar. c. alma, p. 1. §. 12. n. 1.*

 Epi-

Digitized by Google

Epiſcopo, ſi cum aliquo inferiore Prælato, v. g. Archidiacono, aut Collegiatæ Eccleſiæ Præpoſito, vel Decano ita *b* concurrat cumulatiuè, vt illi præuentio non obſtet, ſed cauſam ſemper ad ſe aduocare poſſit. Nihilominus, ſi pœna, aut cenſura ab inferiore eiuſmodi Prælato rationabiliter inflicta ſit, potiùs curare debet Superior, vt ea inuiolabiliter *c* obſeruetur, neque eam relaxare, niſi priùs audito, & conſulto auctore cenſuræ ac præſtita ſatiſfactione debita. Si tamen *d* hæc prætermittat, licet malè agat, valebit Abſolutio. Maior autem licentia retractandi ſententias conceſſa eſt *e* Epiſcopo, vel ſimili Prælato reſpectu Iudicis à ſe dependentis, v. g. Vicarij generalis, aut delegati: cùm hi non proprio iure, ſed aliena iuriſdictione fungantur. Quamuis etiam horum ſententias ſi rectè latæ ſint, tueri conueniat; & non facilè permutare, aut relaxare, ipſis inſcijs, & non conſultis.

b *Suarez cit. ſ. 2. n. 17. Syl. ver. abſolutio in princ.*

c *c. cùm ab Eccleſiarũ, 3. de Offic. Ordin. vbi Innoc. n. 3.*

d *Innoc. Syl. Suar. ll. cc.*

e *Palud. loco ſuprà cit. verſ. de Officialibus.*

CXXIV. A Prælatis Ordinum non exemptis excommunicatos Regulares Epiſcopus abſoluere *a* non poteſt; niſi ad ipſum appellatum ſit: eò quod iuriſdictio & correctio Regularium primo *b* loco ad Abbatem ſpectet; & Epiſcopus ordinariè ſe immiſcere non debeat: Adeò quidem, vt abſolutio ſeu relaxatio ſententiæ etiam irrita *c* ſit; quippe cùm iuriſdictio deſit. Quod ſimiliter locum habeat, ſi Prælatus ſecularis inferior, v. g. Archidiaconus *d* iuriſdictionem in Clericos ex vi conſuetudinis exerceat, excluſo Epiſcopo. Eademque ratione id iure *e* expreſſum eſt de Archiepiſcopo, quòd ex-

a *Palud. cit. d. 18. q. 5. a. 2. Abb. in c. 3. n. 10. de Off. Ordin.*

b *Gl. communiter recepta in c. quanto, eod. tit.*

c *Innoc. in cit. c. 3. n. 6. arg. c. dilecto, 10. de off. Archid.*

d *cit. c. dilecto, & c. auditis, 15. de praeſcript. vbi Abb. n. 4. Innoc. cit. loco, Syl. ver. abſolutio, 2. princ. Palud. cit. q. 5 a. 2.*

e *c. 3. §. ſententias, de appell. Hoſt. in ſumma tit. de ſent. excomm. §. 12. ver. Eſt & alia regula.*

com-

communicatos, ſuſpenſos, &c. à Coepiſcopis abſoluere non poſſit, niſi ad ipſum appellatum ſit; & tunc præſtita *f* priùs cautione de parendo, poſteaquam cauſa cognita & iudicata fuerit. Sed ſententiam iniuſtam, aut irritam fuiſſe, non debet pronuntiare Superior, vid. Archiepiſcopus, niſi *g* vocatis partibus, quarum intereſt: Quin imò nec abſoluere poteſt *h* Reum à cenſura, ſi ob manifeſtum exceſſum excommunicatus fuit, ſed ad Epiſcopum mittere abſoluendum.

f *c. per tuas, 40. de ſent. ex. cõm. Abb. c. qua fronte, n. 5. de appell.*
g *cit. §. ſententiæ, Gl. ibid. Ver. reuoces, Abb. cit. n. 5.*
h *cit. c. per tuas, in fine.*

CXXV. Quotieſcunque excõmunicatus, vel alia cenſura irretitus ad Epiſcopum recurrit per modum ſupplicationis (latè ſumptæ) ſeu querelæ contra Prælatum Ordinis; aut ad Archiepiſcopum contra Epiſcopum, quòd iniuſtè v. g. excommunicatus ſit, ordinariè hominem ipſemet *a* abſoluere non debet, ſed ad excommunicatorem mittere abſoluendum; præterquam ſi periculum in *b* mora ſit. Quòd ſi inferior ille, ad quem abſoluendus mittitur, abſoluere recuſet, tum ipſe *c* Superior, vel alius ab eo delegatus, cauſa cognita, & vocato excommunicatore *d* abſoluet. Cæterùm ſi notoriè conſtet, excommunicationem iniuſtè illatam fuiſſe, tum ſtatim abſolutio dari *e* poterit; vel declarari, hominem nunquam ligatum fuiſſe, ſi videl. non tantùm iniuſtam, ſed etiam irritam ſententiam eſſe, appareat.

a *c. ad reprimendã, 8. de Off. Ordin. c. ab excõmunicato, 41. de reſcriptis.*
b *c. ſacro, 48. de ſent. excomm.*
c d *cit. c. ad reprimendam, & cit. c. ab excommunicato, Gl. in cit. c. ſacro, Ver. conſtiterit.*
e *cit. c. ab excommunicato.*

CXXVI. Tametſi conſuetudine alicubi receptum ſit, vt à Prælato Ordinis, vel Archidiacono *a* appellare non liceat ad Epiſcopum, tamen ſupplicari poteſt, ſeu querela proponi, quòd ſententia iniuſtè

a *ſuprà concl. 77.*

iniuſtè lata aut irrita ſit. Nam, vniuerſim loquendo, prohibita appellatione, non etiam querela *b*, aut ſupplicatio prohibita eſt. Sic enim à Vicario Epiſcopi, tametſi ad Epiſcopum appellari *c* nequeat, cùm idem vtriuſq; conſiſtorium ſit; tamen querela, ſeu ſupplicatio proponi poteſt, etiam *e* poſt decendium: Imò talis ſupplicatio, per quam petitur, vt de nullitate ſententiæ cognoſcatur, aut tanquam iniuſtè lata retractetur, etiam ad ipſum Vicarium, qui ſententiam tulit *f* dirigi poteſt. Verùm vice verſa Vicarius cognoſcere, aut reſtituere nō *g* poteſt aduerſus ſententiam Epiſcopi. Quia inferior non reſtituit *h* contra ſententiam ſuperioris: Et conſtat, firmiorem eſſe iuriſdictionem in Epiſcopo, quàm in Vicario eius; ſicuti aqua potentior eſt in fonte, quàm in riuulo.

b *Bald. in l. 1. ff. de Off. Præf. Prætorio, Comment. Abb. Panorm. in cit. c. ad reprimendam, Ver. oppoſitum. Mynſinger cent. 4. obſerv. 68.* c *c. 2. de cōſuet in 6.* d *Ioan. Monach. in c. Romana, n. 3. de appell. in 6. Zabar. Clem. 1. de reſcript. q. 7.* e *Dur. in ſpec. lib. 2. p. 3. §. 3. Petr. Greg. Tholoſ. de appell. lib. 1. c. 7. n. 12.* f *Zabar. cit. q. 7.* g *Abb. c. tum ex literis, n. 5. de reſtit. in integr.* h *L. minor, 18. ff. de minoribus.*

CXXVII. Prælatus Ordinis iuriſdictionem in Regulares ſuos exercet non tantùm in foro externo, ita quidem, vt ob contumaciam ijs excommunicationem, aliaſque cenſuras *a* inferre poſſit; atque in carcerem *b* concludere, ieiunijs, & ſimilibus *c* pœnis punire, ac demum, ſi incorrigibiles ſint, ex Ordine eijcere, neque antè recipere, quàm emendati ſint: Verùm etiam in conſcientiæ foro iuriſdictionem habet Prælatus, ita vt à peccatis & cenſuris non reſeruatis *e* abſoluat Regulares ſuos, vel alteri cuicunque Sacerdoti idoneo abſoluendi poteſtatem committat. Poteſt etiam Prælatus Or-

a *c. cùm in Eccleſiis, 10 de maior. c. ſicut, 33. Vbi Gl. Ver ſub interminatione, de ſimon.* b *Ioan. Andr. & Imola cit. c. cùm in Eccleſiis,* c d *Nauarr. in comment. 3. de Regul. prope finem, & ſumitur ex c. ea quæ, 8. de ſtatu Monach.* e *arg. c. nuper, 29. de ſent. excomm.*

dinis

Digitized by Google

dinis certa peccata, quæ grauiora ſunt, aut magis noxia, ſuæ abſolutioni reſeruare. Quamquam in ea re moderationem adhibuit Clemens VIII. *f*, vt præter certos à ſe nominatos caſus, alij facilè non reſeruentur; Et non niſi Generalis, vel prouincialis Capituli matura præcedente diſcuſſione, ac conſenſu. Quam tamen Conſtit. Rodriq. ait *g*, in Ordine Minorum receptam non eſſe; cùm Prouinciales eorum, caſus, ſi ipſis videatur, etiam extra Capitulum reſeruent. Quod idem interdum faciunt Abbates, præſertim qui Generalem non habent, & Capitulis non ſubduntur; atque in hoc iuriſdictione ſua etiam ab Epiſcopis *h* independentes eſſe cenſentur; dummodo ordinatè agant, & modum non excedant.

f *Th. moral. lib. 5. tr. 6. c. 12. n. 6.*

g *tom. 1. Regul. q. 21. a. 2.*

h *ſuprà concl. 128.*

CXXVIII. Si Prælatus Ordinis, v. g. Prouincialis, aut Abbas ſolus; ſeu abſque Capitulari Conuentu peccatum ſibi aliquod reſeruauit, non eſt exiſtimandum, præſertim poſt Clem. conſtit. eam reſeruationem vim ſtatuti perpetuò duraturi habere; ſed tantùm eſſe per modum ſententiæ, ſeu præcepti, cuius ea vis eſt, vt mortuo, aut depoſito Auctore, ceſſet. Imò de Epiſcopo hoc ipſum dici ſolet *a*, ſi ſolus, ſeu abſque Synodo peccatum ſibi reſeruauit, cum morte eius extingui reſeruationem. Et ita quidem in dubio præſumendum eſt, quod voluerit reſeruationem duntaxat eſſe per modum præcepti. Alioquin verò non excedit poteſtatem Epiſcopi, vt etiam extra Synodum cum conſenſu aut conſilio Capituli ſui, peccatum ſibi & ſuis ſucceſſoribus reſeruare *b* poſſit: Tum verò mortuo Epiſcopo, non finitur reſeruatio.

a *Zerula Ver. caſus, ad 4. Sa eod. Ver. n. 2. Quaranta in Bullar. Ver. caſus, in fine.*

b *Gl. recepta in c. 2. Ver. ſtatuto, de Cōſtit. in 6.*

Barboſa de poteſt. Epiſc. alleg. 39. n. 24. Quarāta Zerula ll. cc.

CXXIX. Ab-

CXXIX. Abbas, ſeu Præpoſitus regularis habet liberam adminiſtrationem *a* Monaſterij, & bonorum eius. Ita enim canones ſignificant *b*, & Doctores *c* aiunt, quòd tota poteſtas Monaſterij eſt penes Abbatem; quòd ſolus abſque Capitulo Regulares ſuos corrigere *d* poſſit; quod ſolus ordinare *e* ea quæ pertinent ad cultum diuinum, & Monaſterij vtilitatem. Quare non ita in rebus gerendis Prælatus regularis à Conuentu ſuo pendet *f*, ſicuti Epiſcopus à Capitulo. quia ipſa regula Ordinis plenam Abbati ſuper Monachos, & Monaſterium poteſtatem tribuit. Verùm ſicuti Epiſcopus per conſuetudinem comparaſſe potuit, vt Capitulum ſuum requirere *g* non teneatur; ita & vice verſa, per conſuetudinem in Monaſterijs introduci potuit, vt ſaltem quæ grauia ſunt, Prælatus non expediat abſque conſenſu, vel conſilio Conuentus ſui, aut maioris, vel ſanioris partis eius: quod etiam per Ordinis ſtatutum introduci poteſt. Quare breuiter dicendum, quid in hac parte ſeruandum ſit, ex ordinationibus, & recepta conſuetudine cuiuſque Monaſterij petendum eſſe. Id verò addi *h* poteſt, quod Abbas, quæ Conuentui præiudicialia eſſe videntur, cuiuſmodi eſt v. g. receptio Monachorum, expedire non debeat abſque eiuſdem Conuentus, aut maioris partis conſenſu.

a Abb. in c. 2. n. 2. de ſolut. & in c. edocere n. 2. ibid. Imola, de re. ſcript.
b *c. nullam, 9. cauſa 18. q. 2. c. non dicatis, 11. §. Cùm huius, 12. q. 1.*
c *Abb. in c. ea noſcitur, n. 4 de his quæ fiunt à Prælatis, &c. Tabiena Ver. Abb. n. 13.*
d *c. cùm ad Monaſterium, 7. c. vlt. de ſtatu Monach. Ioan. Andr in c. Ioannes, n. 16. de Regul. Abb. in c. reprehenſibilis, n. 11. de appell.* e *Abb. in cit. c. ea noſcitur.* f *Ioan. Andr. Abb Tabiena locis cit.* g *ſuprà concl. 83 & notat Ioan. Andr. cit loco, Azor tom. 1. lib. 12. c. 20. q. 13.* h *Th. mor. lib. 4. tr. 5. c. 5. n. 5.*

CXXX. Certum eſſe debet, quod & conſuetudo probat, Prælatum Ordinis in abſentia ſua poteſtatem alteri delegare poſſe, cui tanquam vices tenenti, perinde ac ipſi Prælato, obediendum ſit.

Digitized by Google

ſit. Alioquin verò qui officia, ſeu adminiſtrationes ſub Prælato gerunt, vt Prior clauſtralis, Decanus, Rector chori, &c. propriè dictam iuriſdictionem non obtinent *a*, neque poteſtatem præcipiendi aliquid in virtute S. Obedientiæ; niſi alicuius Ordinis, vel Monaſterij conſuetudo, aut ſtatutum, aliud exigat. Interim negari non debet, quin dictæ perſonæ iuxta facultatem ſibi commiſſam, vim aliquam gubernandi, ac præcipiendi habeant; ita vt obediri ipſis etiam in conſcientia debeat; ſicuti & Ludimagiſtro in ſchola, Patrifam. in domo. Idemque ſentiendum eſt ſi plures Religioſi ſimul mittantur peregrinatum, vel ad ſtudia literarum, & vnus eorum alijs præficiatur.

a *Suarez. tom. 3. de Relig. lib. 10. c. 11. n. 19.*

CXXXI. Capitulum, ſeu Conuentus regularis, ſpectato communi iure, non poteſt exigere adminiſtrationis rationem à Prælato; quia hæc ſuperiori dari debet, videl. Epiſcopo, dum viſitat, ſi Monaſterium exemptum non eſt. Quòd ſi alij viſitatores conſtituti ſint, & Prælatum negligentem, aut nimis remiſſum compererint, Epiſcopo diœceſano *a* renuntiare tenentur; vt, ſi opus fuerit, ei Coadiutor detur; niſi ob dilapidationem, vel aliam iuſtam cauſam, cognitione *b* abſque iudiciorum ſtrepitu præmiſſa, deponendus eſſe iudicetur: tum adminiſtratorem idoneum interim prouidebit Epiſcopus, donec alius Abbas canonicè conſtituatur. Verùm ſi Prælatus exemptus ſit, tunc eius depoſitio *c* Sedi Apoſtolicæ reſeruatur.

a b c *c. Cle. de ſtatu Monachorum.*

CXXXII. Mortuo Prælato regulari, iuriſdictio non deuoluitur *a* ad Conuentum, multò minus ad Priorem clauſtralem, aut Seniorem;

a *Ioan. And. in c. 2. n. 3. de teſtam. in 6. Imola in c. his quæ, 11. de maior. & obed.*

(cùm

(cùm is Prælatus non ſit) ſed ad Epiſcopum , ſi Monaſterium exemptum non ſit. Nam ita loquuntur *b* DD. quòd *Epiſcopus habet curam ſtatus Monaſterij vacante Sede, & ipſe dat adminiſtrationem in temporalibus, ac ſpiritualibus* : Idque intelligi debet, quòd Adminiſtratorem cum auctoritate, etiam quoad diſciplinam regularem, deputare poſſit: quia licet in his Epiſcopus ſe non immiſceat ordinariè; ſecùs tamen eſt, ſi Ordinis Prælatus *c* deficiat. Sin autem Adminiſtrator nullus deputetur, tum Prior, aut Senior gubernationem habet; ſed non propriè dictam iuriſdictionem; Niſi ſtatutum Ordinis, vel conſuetudo Monaſterij aliud præſcribat.

b *Archidiac. in cit. c. 2. cuius verba allegat, & commẽdat Felin. in cit. c. his quæ, motiuo* 4.

c *ſuprà concl.* 118.

CXXXIII. Abbatiſſæ, ſeu Prioriſſæ, licet ſpiritualem iuriſdictionem non habeant; quamobrem neque excommunicare poſſunt, aut alias propriè dictas cenſuras inferre; tamen ex commiſſione Prælatorum Eccleſiæ vſum quendam *a* ſeu potiùs executionem iuriſdictionis in Moniales, & Clericos beneficiarios exercent: vnde & quodammodo Prælatæ dici poſſunt. Præterquam quòd Moniales votum obedientiæ concipiunt etiam erga Præpoſitam *b* ſuam, quæ proinde illis præcipere poteſt quod iuſtum eſt, & conforme regulæ, ita vt ex Religionis virtute, ſeu vi voti obedire teneantur. Quare exiſtimandum, quòd Abbatiſſa non tantùm *c* gubernationem politicam, aut domeſticam (ſicuti quædam materfam.) erga ſuas Moniales gerat; ſed ſpiritualem, ita vt ſpiritualia præcepta

a *Th. moral. lib. 1. tr. 5. p. 1. c. 3. n. 3.*

b *certum eſt ex praxi Eccleſia, & teſtatur Suar. tom. 4. de Relig. tr. 9. lib. 1. cap. 12. n. 8.*

c d *Azor. tom. 1. lib.* *13. c. 10. q. 7. & melius Suar. tom. 3. de Relig. lib. 10. c. 11. n. 20. contra Sotum in 4. d. 20. q. 1. a. 4. Rodr. tom. 1. Regul. q. 15. a. 1. Sanch. lib. 6. mor. c. 1. n. 21. & 30. & alios plerosque.*

impo-

Digitized by Google

imponere, atque adeò, ſi res exigat, in virtute d8. Obedientiæ præcipere poſſit, quæ ad animæ ſalutem ſpectantia, & regulæ conſentanea ſunt.

CXXXIV. Votum obedientiæ alicui editum neceſſariò non tribuit ei iuriſdictionem ſpiritualem, ſed ſolùm *a* quandam gubernationem, & poteſtatem præcipiendi in ordine ad animæ ſalutem. Nam ita poſſet aliquis etiam priuatæ perſonæ, v. g. Confeſſario ſuo, obedientiam promittere, tanquam patri ſpirituali. Sed & perſonæ laicæ Religioſi (quod olim apud Monachos *b* frequens erat) obedientiam vouere poſſunt; ſicuti Moniales nunc vouent Abbatiſſæ, quæ ſpiritualis iuriſdictionis capax non ſit. Nihilominus, ſi perſonæ Eccleſiaſticæ, viri aut mulieres, collegialiter congregatæ, ſecundùm formulam approbatam à Sede Apoſtolica, voueant obedientiam alicui Prælato Eccleſiæ, ſeu is Epiſcopus ſit, ſeu Regularis, inde colligi poteſt, iuriſdictionem competere Prælato, cui vota eduntur: Quia hic eſt conuenientiſſimus, & propè neceſſarius gubernandi modus, vt, ſi opus ſit, etiam coërcitio aut ſpiritualis cenſura adhiberi poſſit: Neque aliter votum obedientiæ ſibi fieri permitteret Eccleſiaſticus Prælatus, niſi vt erga Communitatem illam, ſeu Monaſterium iuriſdictionis poteſtatem haberet. Quamobrem in Monialibus præcipuè attendendum videtur, cui profeſſionem edant, ſeu obedientiam voueant, Epiſcopóne, an Ordinis Prælato. Nam etiam quæ regulam Ordinis alioquin exempti, v. g. Minorum, profitentur, interdum Epiſcopo ſubduntur, eique obedientiam promittere debent. Cæterùm

a *Suar. tom. 4. de ſtatu Relig. tr. 9. lib. 1. c. 12. Leſſ. lib. 2. de iuſt. c. 41. n. 11. Vaſq. 1. 2. diſp. 165. n. 24.*

b *Suar. cit. tom. 4. tr. 8. lib. 2. c. 1. n. 3.*

c *Paulus Piaſecius in praxi p. 2. c. 3. a. 7. Conſtit. Pii V.* Sicut accepimus, *Anno 1568.*

in quibuſdam, v. g. circa clauſuram, omnes, quomodolibet exemptæ ſint, Epiſcopis, tanquam *d* Sedis Apoſtolicæ delegatis, ſubijciuntur.

d Trid. ſeſſ. 25. cap. 5. de Regular.

CXXXV. Religioſi omnes vtriuſque ſexus, quantumuis Apoſtolicis priuilegijs exempti ſint, Epiſcopo ſuo Diœceſano honorem *a* omnem, ac reuerentiam præſtare tenentur: partim quia Religioſi ſpectato communi *b* iure, & ſeclusis priuilegijs, Epiſcopis ſubiecti ſunt: partim quia illi humilitatis ſtatum profitentur; Epiſcopi autem in Eccleſiaſticæ dignitatis apice poſiti ſunt. Tum verò vberiùs conſequentur Religioſi, quod Leo X. Pontifex *c* viciſſim Epiſcopos admonet, vt erga illos *pia munificentia ſe liberales exhibeant, & tanquam in agro Dominico cooperatores, ac laborum participes, prompta benignitate recipiant, eorumque iura omni cum charitate cuſtodiant, & defendant.*

a Leo X. in Concil. Lateranenſi ſeſſ. 11. in fine.
b ſuprà concl. 116.
c ead. ſeſſ. 11. in epiſt. quæ incipit Deũ intra, §. *Ipſos quoque Epiſcopos hortamur.*

Caput ſeptimum.

DE IVRISDICTIONE ARCHIDIACONI, ARCHIPRESBYTERI, COLLEGIATÆ ECCLEſiæ Rectoris, atque Decani ruralis.

CXXXVI.

ARchidiaconus dictus fuit, quia erat primus Diaconus, ſeu Princeps Diaconorum. Eius ſecundùm priſtinam conſuetudinem, magna in Eccleſia Romana dignitas fuit. Quia enim Diaconi Pontifici proximè aſſiſtebant in Miſſæ ſacrificio, eumque

eumque perpetuò comitabantur, ideo ipſis quoq; diſpenſatio & adminiſtratio patrimonij Eccleſiaſtici commiſſa *a* fuerat. Quare Archidiaconi *b* officium erat tum Diaconis, tum hypodiaconis imperare, eoſque ad altaris miniſterium inſtruere; deinde verò bonorum Eccleſiaſticorum præcipuam adminiſtrationem gerere. Progreſſu verò temporis Archidiaconi poteſtas maior euaſit, vt Vicarius Epiſcopi *c* in omnibus eſſet, ac toti clero imperaret. Igitur Archidiaconus ratione officij, ac iuriſdictionis antecedebat Presbyteros; quamuis ratione ordinis, in Eccleſiæ miniſterijs ſubſequi cum ſuis deberet. Quæ ipſa res occaſionem diſſidij inter Presbyteros ac Diaconos olim *d* præbuit.

a *colligitur ex cap. 6. Act. Apoſt. Vbi Lorinus Ver. 3.*
b *c. 2. & 3. de Offic. Archidiac.*
c *c. 1. eod. tit. Azor tom. 2, lib. 3. c. 12.*
d *Videri poteſt S. Hieron. epiſt. 85. ad Euagr. relatus in c. legimus, 24. d. 93. Anaſtaſ. 1. in Pontificali, Baron. Anno 42. n. 42.*

CXXXVII. Etſi Archidiaconi officium, ſicuti in canonibus deſcribitur, cum Officiali Epiſcopi ſimilitudinem aliquam habeat, differt tamen I. Archidiaconus eſt Vicarius *a* Epiſcopi natus, intitulatus, perpetuus: Officialis autem eſt vicarius factus, non intitulatus, temporalis. II. Ab Archidiacono, ſpectato communi iure *b*, ad Epiſcopum appellari poteſt; quemadmodum & à Principum *c* Vicarijs, ſeu vrbium, ac prouinciarum præfectis; non item ab Officiali Epiſcopi; cùm Epiſcopali conſiſtorio præſit. III. Archidiaconi iuriſdictio ordinaria directè prouenit à *d* canone; indirectè verò ab homine, videl. Epiſcopo inſtituente, aut confirmante Archidiaconum. Sed generalis Vicarij ſeu Officialis ordinaria iuriſdictio directè prouenit ab Epiſcopo, indirectè autem à canone: Si-

a *Hoſt. in ſum. tit. de offic. deleg. n. 2. Anton. Butrio in c. adhac, de off. Archid.*
b *c. referente, 7. de preb. & arg. c. Vlt. de off. Archid.*
c *Gl. in l. 1. C. de offic. Vicar. Tuſchus Ver. Vicarius, concl. 482. n. 20.*
d *Hoſt. loco cit.*

quidem canon poteſtatem facit Vicarium inſtituendi; quod alioquin *e* fieri non poſſet, vt Epiſcopus ſuum ordinarium officium, ſeu iuriſdictionem alteri committeret.

e DD. in l. penult ff. de Iudic. Maranta de Ordin. Iudic. p. 4. n. 52.

CXXXVIII. Licet Archidiaconus totius cleri curam olim *a* habuerit, & hodie quibuſdam locis habeat, tamen eo nomine non comprehenduntur *b* Religioſi, ob receptam regulam: Quod nomine cleri in odioſis, aut præiudicantibus Religioſi non *c* comprehendantur. Et cùm Monaſteria præter Epiſcopum, ordinarium Prælatum Ordinis habeant, qui eſt Abbas, aut Præpoſitus, non eſt conſentaneum, vt alius inſuper Ordinarius eis præficiatur; videl. Archidiaconus: Niſi conſuetudine *d* aliud obtentum ſit.

a *c. 1. de off. Archid.*
b *c. Vlt. eod. tit.*
c *Th. moral. lib. 1. tr. 5. p. 4. c. 4. n. 3.*
d *cit. c. Vlt.*

CXXXIX. Sicuti olim *a*, ita & hodie, variæ ſunt Eccleſiarum conſuetudines circa Archidiaconi officium ac poteſtatem. Nam in quibuſdam nullus eſt Archidiaconus; in quibuſdam præeminentiam tantùm inter Canonicos *b* habet, non item iuriſdictionem: In alijs quibuſdam Eccleſijs Archidiaconus iuriſdictionem exercet in Clericos, ac parochias ciuitatis principalis, ac certum diſtrictum eius *c* qui fines Archidiaconatus dicuntur: Alijs autem, non vnus tantùm, ſed plures Archidiaconi inſtituti ſunt, qui partes diœceſis, veluti regiunculas *d* ſibi ſubiectas habent, tanquam Epiſcopi Vicarij perpetui, ac intitulati.

a *Innoc. in c. 1. de off. Archid. Syl. Ver. Archidiaconus, n. 1.*
b *Azor tom. 2. lib. 3. c. 12. q. 6.*
c *August. Synodus ſub Ottone Cardin & Epiſc. Auguſtano, c. 7.*
d *c. Vlt. de offic. Archidiac.*

CXL. ARCHIPRESBYTER ſecundùm Romanæ Eccleſiæ morem, *a* ſubeſt Archidiacono,

a *c. 1. d. 29. c. 1. de Offic. Archipresb.*

tanquam Vicario Epiſcopi: Imperat reliquis *b* Preſbyteris, quorum Dux, ſeu Decanus eſt: Abſente Epiſcopo, Miſſarum ſolemnia *c* celebrat, ac benedictionem dat: Epiſcopo Miſſam canente, ordinat Sacerdotes ad altaris miniſterium: confeſſiones eorundem *d* excipit; ſed & eos, qui aliunde accedunt pœnitentes audit, vnà cum alijs Presbyteris, iuxta *e* Epiſcopi prouiſionem. Hodie verò alij Pœnitentiarij eſſe ſolent; Sacerdotes verò per receptam *f* conſuetudinem cuiuis expoſito Presbytero de peccatis confitentur.

b *cit. c. 1.* c *c. 1. & 3. eod.*

d *arg. c. 1. eod. Ioan. Andr. in c. 3. n. 4. eod. tit. Abb. in c. 3. in fine, de Eccleſ. ædific.*

e *cit. c. 3.* f *Th. mor. lib. 5 tr. 6. c. 10. n. 4.*

CXLI. Archipresbyter principalis ſeu ciuitatenſis (de hoc enim hîc loquimur) qui eſt Cathedralis Eccleſiæ Decanus, licet iuriſdictionem fori externi non habeat, ſpectato iure communi *a*, præſertim antiquo; tamen dignitatem obtinet ac præeminentiam inter Canonicos ac Presbyteros; ita vt ipſi à Sede Apoſtolica, vel Legato eius, cauſæ *b* delegari poſſint; atque Iudex conſeruator *c* conſtitui queat. Qua eadem ratione Præpoſiti quarundum ſecularium Eccleſiarum apud nos nullam iuriſdictionem, aut adminiſtrationem gerunt; nihilominus propter eminentiam ac præceſſionem, in dignitate Eccleſiaſtica *d* conſtituti ſunt. Cæterùm non tantùm in multis Eccleſijs, ijs maximè quibus Archipresbyter ſeu Decanus Cathedralis per electionem Canonicorum conſtituitur, iuriſdictionem aliquam obtinet in ipſos Canonicos, & Officiales Capituli; ſed etiam quibuſdam *e* Eccleſijs, in quibus Archidiaconus alius non eſt, ipſe

a *arg. c. 1. de off. Archipresbyteri, Ioan. Andr. in c. 3. n. 21. de offic. Ordinar.*

b *c. ſtatutũ, 11. de reſcript. in 6.* c *c. vlt. de offic. deleg. in 6.*

d *Vid. Syl. ver. beneficium, 1. q. 1.*

e *Hoſtienſ. in ſum. de off. Archipresb. n. 1. Greg. Tholoſ. lib. 15. Syntag. c. 21. n. 15.*

Decanus in reliquum Clerum iuriſdictione præditus eſt.

CXLII. Plerique Canoniſtæ affirmant, Prælatos, ſeu Rectores Collegiatarum Eccleſiarum ſecularium, qui per electionem conſtituuntur, iuriſdictionem fori *a* externi obtinere in eos qui è Collegio ſunt, ita vt etiam excommunicare *b*, aliaſque cenſuras ferre poſſint; Cauſis tamen criminalibus, iiſque quæ priuationem exigunt, Epiſcopo reſeruatis. Quod etſi probabile ſit ſpectato communi iure, tamen inprimis in hac re attendendum eſt ad conſuetudinem cuiuſque Eccleſiæ: Nam alicubi nullam dicti Prælati iuriſdictionem propriè exercent; alicubi verò in cauſis tantùm leuibus, idque vel cumulatiuè cum *c* Epiſcopo; vel priuatiuè, ita vt in prima inſtantia cauſæ ciuiles ſuorum Clericorum ad ipſos deferri debeant. Sed excommunicationis cenſura inter cauſas graues reputari ſolet; cùm ad alterum gradum meri imperij *d* ſpectet: quamobrem non facilè illis concedi ſolet. Videre etiam licet in pleriſque apud nos ſecularibus Eccleſijs, primæ dignitati, quæ *Præpoſitura* dicitur, iuriſdictionem & curam nullam annexam eſſe; ſed ſecundæ, quæ per Collegij electionem, & Epiſcopi confirmationem confertur, ac dicitur *Decanatus*.

a *Innoc. in c. 3. princ. de Off. Ordin. Imola n. 6. Ioan. Andr. n. 8. arg. l. Vlt. C. de iuriſdict.*
b *Abb. in cit. c. 3. n. 3. & in cap. ſi quis contra, n. 50. 51. de foro comp. Imola cit. n. 6. Gl. in cit. c. 3. Ver. Eccleſiaſtica ſententia, arg. eius textus.*
c *Innoc. in c. quanto, n. 2. de Off. Ordin. Abb. in c. cùm contingat, n. 29. de foro comp.* d *Mol. tr. 5. de iuſt. diſp. 5.*

CXLIII. Mortuo Rectore Eccleſiæ Collegiatæ ſecularis iuriſdictio, & adminiſtratio, ſpectato communi iure, non tranſit *a* ad Capitulum, ſed manet penes Epiſcopum, cui Eccleſia ſubiecta eſt. Quòd enim Sede vacante Capitulum iuriſdictionem

a *Innoc. in c. cùm acceſſiſſent, n. 3. de Conſtit. Felinus in c. his qua, 11. motiuo 4. & 5. de maior. & obed.*

Digitized by Google

ctionem habeat, de Eccleſijs tantùm Cathedralibus expreſſum *b* eſt: quibus æquiparantur *c* eæ Eccleſiæ, quæ ab Epiſcopo exemptæ, quaſi Epiſcopalem iuriſdictionem obtinere cenſentur. Cæterùm ſi in Eccleſia Collegiata inferiore, ſpeciali iure, aut *d* conſuetudine, Capitulum vnà cum Rectore, ſeu Decano iuriſdictionem exerceat, tum eo mortuo, ſeu Sede vacante, ſolum *e* etiam Capitulum retinebit poteſtatem.

b *c. cùm olim, 14. de maior.*
c *cit. c. his qua.*
d *c. irrefragabili, 13. §. exceſſus, de Off. Ordin.*
e *Felinus cit. c. his qua, §. Secundus caſus, arg. c. vn. Ne Sede vacante, in 6.*

CXLIV. Præter Archibresbyterum de vrbe *a*, ſeu ciuitatenſem *b*, qui Cathedralis Eccleſiæ Decanus eſt; aliorum in iure mentio *c* fit, qui apud ſingulas plebes, ſeu per minores titulos conſtituendi ſunt, vt tum *imperiti d populi ſolicitudinem gerant*, tum *Presbyterorum vitam ingi circumſpectione cuſtodiant*. Aliàs Vicarij ſeu *Officiales foraneid*, aut Decani rurales appellari ſolent. Cùm enim Epiſcopus omnibus intereſſe atque intendere non poſſit, ideo neceſſe eſt, vt onera partiatur; & ſicut ipſe (cum Archidiacono ſuo, & Vicario generali) Cathedrali Eccleſiæ inuigilat, ita alios Vicarios foris conſtituat, ad inuigilandum commiſſis ſibi ouibus.

a *c. 3. de off. Archipresb.*
b *Gl. in c. vlt. eod. ver. vt ſingula,*
c *cit. c. vlt.*
d *Clem. 2. de reſcript. iun. Gl. ver. Foraneo.*
e *cit. c. 3. de offic. Archibresb.*

CXLV. Neceſſarium eſt, vt Decani iſti, rurales iuriſdictione aliqua *a* præditi ſint tum ergà populum, tum erga clericos ſuorum finium, ac veluti regiunculæ ſibi commiſſæ. Dependent tamen in omnibus ab Epiſcopo, & Vicario eius generali, ita vt ſecundùm eorum mandatum *b* omnia agere debeant, & quæ dubia occurrunt, aut maioris momenti negotia ſunt, ad ipſos referre. Neque permittitur pleriſque locis, vt excommunicationem

a b *c. vlt. iun. Gl. ver. referans, de offic. Archipresb.*

inferant inconſulto Epiſcopo, vel Vicario eius: cùm & hæc cauſa grauis ſit, quippe inter Eccleſiaſticas pœnas maxima.

c *c. corripiantur, 17. cauſa 24. q. 3.*

CXLVI. Num Officiales, ſeu Decani rurales iuriſdictionem delegatam habeant ad vniuerſitatem cauſarum, plerique aiunt *a*: Alij autem putant *b*, eos habere ordinariam. Sed diſtinguendum eſt: In quibus locis ab Epiſcopo conſtituuntur, eiuſdemque arbitratu amouentur, cenſeri debent delegati: Cum Epiſcopo conceſſum non ſit ordinarios infra ſe, Iudices Eccleſiaſticos conſtituere. Sed quibus locis Decani fiunt per electionem Capituli ruralis, & ab Epiſcopo, vel Vicario eius confirmantur, cenſeri debent *c* ordinariam iuriſdictionem habere, ſubordinatam Epiſcopo; ita vt Epiſcopus cum ijs concurrat, & ad eum appellatio *d* detur, vel ad Vicarium eius. Cæterùm, licet ordinarij Iudices ſint, tamen dignitatem Eccleſiaſticam, vt alij Eccleſiarum Prælati, non habent: quare nec Sedis Apoſtolicæ *e* delegati, nec Iudices conſeruatores *f* eſſe poſſunt.

a *cum Gl. in cit. Clem. 2. Ver. foraneo, vbi Zabar. q. 24.*
b *Gl. fin. in c. Vlt. de Offic. Vicarij.*
c *Innoc. in c. 3. de Offic. Ordin. & dictum eſt ſuprà concl. 49.*
d *Zabarella in cit. Clem. 2. q. 24. & alijs cõmuniter.* e *cit. Clem. 2.* f *arg. c. Vlt. de off. deleg. in 6.*

CXLVII. Epiſcopus, vel Vicarius eius priùs confirmare non debet electum Decanum ruralem, quàm facta diligente inquiſitione, eius vitæ probitatem, & rerum agendarum peritiam perſpexerit. Nam tota pene diſciplina, & honeſtas cleri, à quo reliquus Chriſtianus populus verbo & exemplo inſtruendus eſt, à Decanis ruralibus, tanquam anteceſſoribus, regi & conſeruari debet.

Videri poteſt Syn. Auguſt. habita Anno Chriſti 1548. ſub Ottone Cardin. cap. 7. Syn. Treuirenſ. eod. Anno habita ſub Ioan. Archiepiſc. prope finem, Synod. Colonienſis Anno Chriſti 1549. habita ſub Adolpho Archiepiſc. n. 26.

Quod

Quod ſi ij ipſi ſegnes, aut diſſoluti ſint, quomodo alios in officio conſeruabunt? Quare neceſſe eſt, vt Decani, poſt editam Fidei profeſſionem, etiam iuramento aſtringantur, quòd Fideles Eccleſiæ Miniſtri, atque Officiales eſſe velint; videl. vt commiſſas ſibi perſonas, & loca ſacra viſitent, Capitula congregent, quæ emendanda videntur, emendent; Clericorum rixas, ebrietates, & alia ſcandala impediant; ſin minùs poſſint, ad Ordinarium referant; ſcientes, quòd munere ſuo obligati ſint, & ſupremo omnium fidelium Paſtori Chriſto rationem reddere debeant.

Caput octauum.

DE PAROCHIS EORVMQVE VICARIIS, ET COOPERATORIBVS.

CXLVIII.

PArochi, qui & Plebani *a* dicuntur, ſunt ordinarij animarum paſtores, ſeu iuriſdictione ordinaria præditi in foro conſcientiæ. At verò in externo foro iuriſdictionem non *b* habent; (niſi ſint *c* aliorum Capita ſeu Decani) neque excommunicare *d* aliàmue cenſuram ferre poſſunt. Quare attendere debent, num pœna canonis, quæ tranſgreſſori ſtatuta eſt, videl. excommunicatio, aut interdictum, ſit latæ ſententiæ, an ferendæ. Si hoc poſterius, ad Epiſcopum priùs referre debent, quàm hominem ab Eccleſia prohibeant, v. g. ob

a *c. 3. de Off. Ordin. c. 1. de mut. petitionibus.*
b *arg. c. de perſona, 38. iun. Gl. Ver. ab alio, cauſa 11. q. 1.*
c *cit. c. 3.*
d *Abb. in c. 2 n. 10. de Off. Ordin. & in repet. c. ſi quis contra, n. 52. de foro comp. Sotus in 4. d. 22. q. 2. a. 1. Nau. in man. c. 27. n. 5.*

e Th. mor. lib. 5. tr. 4. c. 5. n. 10.

S. Comunionem in Paſchate non *e* acceptam; niſi alia ſit conſuetudo diœceſis, adeoque adſit tacita commiſſio Epiſcopi. In priore autem caſu, ſi videl. ipſo iure aliquis incurrerit excommuhicationem, & res notoria ſit, prohibere poſſunt hominem à ſacris, donec abſolutus ſit; imò debēt prohibere, ſi vitandus ſit, v. g. ob clerici percuſſionem.

CXLIX. Quòd Parochi, alijque expoſiti Confeſſarij pœnitentes in foro pœnitentiæ ab excommunicatione maiore, ſi Auctori ſuo reſeruata non ſit abſoluere poſſint, eſt communis *a* Theologorum ſententia; eamque in praxi obſeruari teſtatur Ægid Coninck *b*; atque indicat formula, quæ comuniter Confeſſarijs præſcribi ſolet: *Dominus noſter Ieſus Chriſtus te abſoluat, & ego auctoritate illius abſoluo te inprimis à vinculo excommunicationis, in quantum poſſum.* &c. Quare cùm *indultum à iure* c *beneficium non ſit auferendum d*, ſeu inferior non poſſit tollere beneficium, quod ſuperior contulit, declaratione aliqua indigere videtur, quod in quibuſdam Germaniæ Synodis omnis excommunicatio maior inter caſus Epiſcopo reſeruatos numerari ſolet; niſi intelligatur, ſicuti in Conſtantienſi expreſſum *e* eſt, de iudiciali, ſeu ea quæ ab homine, id eſt, Iudice per ſententiam illata, aut declarata eſt: Aut fortaſſe intelligitur ſecundùm diſtributionem accommodam, vt Confeſſarij non abſoluant ab excommunicationibus illis *f*, quæ

a S. Th. ad. dist. 3. p. q. 23. a. 1. Bonau. in 4. d. 18. p. vlt. q. 6. ibid. S. Th. q. 2. a. 5. Syl. uer. abſolutio, 1. n. 4. & 5. Nau. c. 27. n. 39. Sotus in 4. d. 22. q. 2. a. 2. concl. 3. vbi ait, eſſe indubitatum, Armilla ver. caſus, n. 5. Henriq. lib. 13. c. 28. §. 5. & cap. 35. §. 2. Suar. tom. 5. de cenſur. diſp. 7. ſ. 3. n. 23.

Coninck de Sacram. diſp. 14. dub. 16. n. 230. Tolet. lib. 1. c. 16. contra Sairum in theſ. lib. 2. c. 19. Tabien. ver abſolutio, 2. n. 3. Couar. in c. alma, p. 1. §. 12. n. 5. b *cit. loco, n. 32. contra Tabien. & Couarr. cit. locis.* c *c. nuper 29. de ſent. excomm.* d *reg. 17. in 6.* e *Syn. Conſtant. Anni* 1610. *p. 1. c. 11. n. 17.* f *annotauit Syl. cit. n. 5.*

Sum.

Sum. Pontifici, aut Epiſcopis de iure reſeruatæ ſunt. Quòd ſi verò in aliqua diœceſi per conſuetudinem introductum ſit, vt Parochi, & alij Confeſſarij inferiores à nulla excommunicatione maiore abſoluere poſſint, ea *g* obſeruari debet. *g Syl. Suar. Tabiena locis citatis,*

quamuis Coninck l. c. n. 231. arbitretur, ferme neceſſariam eſſe Confeſſarijs aliquam ab excommunicatione abſoluendi facultatem.

CL. Quòd à caſibus Papalibus, qui per accidens, propter impedimentum adeundi Papam, Epiſcopales fiunt *a*, ſi neque Epiſcopus, eiúſue Vicarius adiri poſſit (v. g. à Moniali incluſa) Parochus, aliúſue inferior Confeſſarius abſoluere poſſit, non pauci DD. tradunt *b*, ideoque probabile iudicari debet. Cùm enim à caſu Papali reſeruatio tollitur propter impedimentum adeundi Pontificem, inferioribus Ordinarijs committitur; inprimis quidem, & ante omnes Epiſcopo; ſed in defectum eius, etiam alteri proprio *c* Sacerdoti. Semper tamen id obſeruari debet, ſiue Epiſcopus, ſiue inferior Sacerdos propter neceſſitatem quamcunque abſoluat à caſu Papali, quòd ſublato impedimento, obligatio incumbat *d* pœnitenti abſoluto, ſiſtendi ſe Pontifici; non vt iterum abſoluatur, (cum verè ac directe abſolutus fuerit) ſed vt mandatum ſatisfaciendi, &c. accipiat.

a arg. c. de caetero, 11. e. de Monialibus, 33. de ſent. excomm.

b Felician. de cenſur. col. 129. 139. Sotus in 4. d. 22. q. 2. n. 3. concl. 5. Syl. Ver. abſolutio, 3. in fine, & eod. Ver. 4. n. 5. Henriq. lib. 13. c, 27. n. 3. lit, b. Suar. tom. *4. diſp. 30. ſ. 3. n. 8. & ſeqq. Filliucius tom. 1. lib. 7. c. 10. q. 2. n. 274.* *c arg. c. nuper, 29. de ſent. excomm.* *d c. eos qui, 22. de ſent. excomm. in 6.*

CLI. Parochi, ſeu Curati Sacerdotes, Cooperatores aſciſcere, eiſq́; ſi ab Epiſcopo approbati ſint, iuriſdictionem delegare poſſunt, etiam ad abſoluendum ab excomunicatione *a* non reſeruata; *a Conink. de Sacram. pœnit. diſp. 14. n. 231.*

cùm

Digitized by Google

à con- *149.* cùm ipſis (ſecundùm communiorem DD. *b* ſententiam) talis abſoluendi facultas ratione officij ſui paſtoralis commiſſa, in ordinariam tranſeat, ideoque delegari *c* poſſit. *c ſuprà concl. 58.* Quin imò Curatus, ex cauſa neceſſaria, v. g. ob incidentem infirmitatem, ſi ipſemet muneri ſuo præeſſe nequeat, alium idoneum & approbatum Sacerdotem ſubſtituere *d* poterit, totam ei curam & adminiſtrationem interim committendo; dummodo ſpes ſit valetudinis breui recuperandæ: alioquin, ſi diu duret, v. g. aliquot menſibus ſpectata in hoc cuiuſque diœceſis conſuetudine, Ordinarius *e* admonendus erit, vt Vicarius temporalis cum auctoritate inſtituatur. Sin verò ob iuſtam cauſam diſcedere debeat Parochus, tum ſeruari debet Trid. Conſtitutio *f*, vt ab Ordinario licentia obtineatur, & cum eiuſdem conſenſu Vicarius relinquatur.

d Zabar. in Clem. vn. q. vn. de offic. Vicarii, Ioan. Andr in c. cùm ex eo, n. 2. de elect. in 6. Abb. in c. extirpanda, §. Qui verò, n. 12. de præb. Sanch. lib. 3. de matrim. diſp. 31. n. 11. e *arg. cit. c. cùm ex eo, 30. de elect.* f *ſeſſ. 23. c. 1. de reform.*

CLII. Nomine Curatorum comprehenduntur etiam Vicarij in parochijs intitulati, atque perpetui; cùm & ipſi ordinariam curam *a* & iuriſdictionem habeant. Quamobrem dicunt DD. *b* quòd exercitium iuris parochialis in pertinentibus ad curam animarum pertineat ad Vicarium intitulatum; ita vt Rector Eccleſiæ, ſeu beneficij cui parochia incorporata eſt, ſe immiſcere non debeat *c*: at verò exercitium iuris parochialis quoad externam defenſionem, vindicationem, ſicuti & ad fabricæ conſeruationem, pertineat ad Rectorem Principalem, ſi is maiorem fructuum partem percipiat, v. g. Abbas Monaſterij, cui Parochia incorporata eſt. Veruntamen pro iure vicariatus ſui retinen-

a *Innoc. in c. ſua, 5. de offic. Ordin. arg. l. 2. C. de offic. eius quo vicem alicuius, &c.*
b *Zabar. in Clem. vn. de offic. Vicar. q. 10.*
c *in qq. de elect. q. 108.*

Digitized by Google

tinendo, aut recuperando ipſemet Vicarius *d* aget; quia eius principaliter intereſt.

CLIII. Licet Vicarius intitulatus alium ſimilem Vicarium ſubſtituere *a* haud poſſit; cum neque Rector Ordinarius parochiæ *b* id poſſit; attamen Vicarium temporalem, ſeu ad tempus breue, propter neceſſarium impedimentum ſubſtituere non prohibetur *c*, perinde vt alius Curatus. Veruntamen Vicarius temporalis, qui titulum non habet, ſed ad tempus ab Epiſcopo conſtitutus eſt, v. g. dum Parochus in ſtudijs verſatur, donec Sacerdos factus ſit, nouitiatum Religionis compleuerit; vel ob ſenium, aliámue infirmitatem ineptus, vitam finierit; talis, inquam, Vicarius, ſi officium ſolus explere nequeat, Cooperatorem ſibi aſciſcere *d* poterit: ſed totum officium vicariæ alteri commendare nequit: Niſi conſuetudo id permittat, quæ plurimis locis eſt *e*, vt Vicarij temporales ad breue aliquod tempus, alium loco ſuo ſubſtituant, ſi ex neceſſaria cauſa eos abeſſe oporteat.

d *Syl. Ver. Vicarius, q.* 2. *dicto* 4.

a *c. clericos,* 4. *de Offic. Vicar.*

b *arg. c. extirpandæ, ff. Qui verò, de præb. DD. communiter apud Sanch. cit. n.* 11.

c *Anton. de Butrio in cit. c. clericos, in fine, Zabar. cit. q.* 11.

d *Syl. Ver. Vicarius, q.* 5. *Nau. in c. placuit, n.* 49. *d.* 6. *de pænit.*

e *Th. moral. lib.* 5. *tr.* 6. *c.* 10. *n.* 13. *Sanch. lib.* 3. *diſp.* 31. *n.* 15.

CLIV. Intereſt inter Vicarium temporalem, & Cooperatorem Parochi. Nam Cooperator habet iuriſdictionem *a* delegatam, adeoque diuerſam à Parochi iuriſdictione. Sed Vicarius ſeu Vicecuratus, qui loco Parochi abſentis, vel infirmi ad tempus ſubſtituitur, habet eandem *b* iuriſdictionem, quamuis dependentem; cùm vt mercenarius deſeruiat, amobilis ad nutum Parochi conſtituen-

a *ex communi Conſuet. de Sacram. pænit. diſp.* 8. *n.* 24.

b *Rob. Maranta de Ord. Iudic. p.* 4. *d.* 5. *n.* 8. & 17.

Digitized by Google

quidem canon poteſtatem facit Vicarium inſtituendi; quod alioquin *e* fieri non poſſet, vt Epiſcopus ſuum ordinarium officium, ſeu iuriſdictionem alteri committeret.

e DD. in l. penult ff. de Iudic. Maranta de Ordin. Iudic. p. 4. n. 52.

CXXXVIII. Licet Archidiaconus totius cleri curam olim *a* habuerit, & hodie quibuſdam locis habeat, tamen eo nomine non comprehenduntur *b* Religioſi, ob receptam regulam: Quod nomine cleri in odioſis, aut præiudicantibus Religioſi non *c* comprehendantur. Et cùm Monaſteria præter Epiſcopum, ordinarium Prælatum Ordinis habeant, qui eſt Abbas, aut Præpoſitus, non eſt conſentaneum, vt alius inſuper Ordinarius eis præficiatur; videl. Archidiaconus: Niſi conſuetudine *d* aliud obtentum ſit.

a *c. 1. de off. Archid.*
b *c. Vlt. eod. tit.*
c *Th. moral. lib. 1. tr. 5. p. 4. c. 4. n. 3.*
d *cit. c. Vlt.*

CXXXIX. Sicuti olim *a*, ita & hodie, variæ ſunt Eccleſiarum conſuetudines circa Archidiaconi officium ac poteſtatem. Nam in quibuſdam nullus eſt Archidiaconus; in quibuſdam præeminentiam tantùm inter Canonicos *b* habet, non item iuriſdictionem: In alijs quibuſdam Eccleſijs Archidiaconus iuriſdictionem exercet in Clericos, ac parochias ciuitatis principalis, ac certum diſtrictum eius *c* qui fines Archidiaconatus dicuntur: Alijs autem, non vnus tantùm, ſed plures Archidiaconi inſtituti ſunt, qui partes diœceſis, veluti regiunculas *d* ſibi ſubiectas habent, tanquam Epiſcopi Vicarij perpetui, ac intitulati.

a *Innoc. in c. 1. de off. Archid. Syl. Ver. Archidiaconus, n. 1.*
b *Azor tom. 2. lib. 3. c. 12. q. 6.*
c *Auguſt. Synodus ſub Ottone Cardin & Epiſc. Auguſtano, c. 7.*
d *c. Vlt. de offic. Archidiac.*

CXL. ARCHIPRESBYTER ſecundùm Romanæ Eccleſiæ morem, *a* ſubeſt Archidiacono,

a *c. 1. d. 29. c. 1. de Offic. Archipresb.*

can-

Digitized by Google

tanquam Vicario Epiſcopi: Imperat reliquis *b* Preſbyteris, quorum Dux, ſeu Decanus eſt: Abſente Epiſcopo, Miſſarum ſolemnia *c* celebrat, ac benedictionem dat: Epiſcopo Miſſam canente, ordinat Sacerdotes ad altaris miniſterium: confeſſiones eorundem *d* excipit; ſed & eos, qui aliunde accedunt pœnitentes audit, vna cum alijs Presbyteris, iuxta *e* Epiſcopi prouiſionem. Hodie verò alij Pœnitentiarij eſſe ſolent; Sacerdotes verò per receptam *f* conſuetudinem cuiuis expoſito Presbytero de peccatis confitentur.

b *cit. c.* 1. *cc.* 1. *&* 2. *eod.*

d *arg. c.* 1. *eod. Ioan. Andr in c.* 3. *n.* 4. *eod. tit. Abb. in c.* 3. *in fine, de Eccleſ. ædific.*

e *cit. c.* 3. f *Th. mor. lib.* 5 *tr.* 6. *c.* 10. *n.* 4.

CXLI. Archipresbyter principalis ſeu ciuitatenſis (de hoc enim hîc loquimur) qui eſt Cathedralis Eccleſiæ Decanus, licet iuriſdictionem fori externi non habeat, ſpectato iure communi *a*, præſertim antiquo; tamen dignitatem obtinet ac præeminentiam inter Canonicos ac Presbyteros; ita vt ipſi à Sede Apoſtolica, vel Legato eius, cauſæ *b* delegari poſſint; atque Iudex conſeruator *c* conſtitui queat. Qua eadem ratione Præpoſiti quarundum ſecularium Eccleſiarum apud nos nullam iuriſdictionem, aut adminiſtrationem gerunt; nihilominus propter eminentiam ac præceſſionem, in dignitate Eccleſiaſtica *d* conſtituti ſunt. Cæterùm non tantùm in multis Eccleſijs, ijs maximè quibus Archipresbyter ſeu Decanus Cathedralis per electionem Canonicorum conſtituitur, iuriſdictionem aliquam obtinet in ipſos Canonicos, & Officiales Capituli; ſed etiam quibuſdam *e* Eccleſijs, in quibus Archidiaconus alius non eſt, ipſe

a *arg. c.* 1. *de off. Archipresbyteri, Ioan. Andr. in c.* 3. *n.* 21. *de offic. Ordinar.*

b *c. ſtatutũ,* 11. *de reſcript. in* 6.

c *c. Vlt. de offic. deleg. in* 6.

d *Vid. Syl. Ver. beneficium,* 1. *q.* 1.

e *Hoſtienſ. in ſum. de off. Archipresb. n.* 1. *Greg. Tholoſ. lib.* 15. *Syntag. c.* 21. *n.* 15.

Decanus in reliquum Clerum iuriſdictione præditus eſt.

CXLII. Plerique Canoniſtæ affirmant, Prælatos, ſeu Rectores Collegiatarum Eccleſiarum ſecularium, qui per electionem conſtituuntur, iuriſdictionem fori *a* externi obtinere in eos qui è Collegio ſunt, ita vt etiam excommunicare *b*, aliaſque cenſuras ferre poſſint; Cauſis tamen criminalibus, iiſque quæ priuationem exigunt, Epiſcopo reſeruatis. Quod etſi probabile ſit ſpectato communi iure, tamen inprimis in hac re attendendum eſt ad conſuetudinem cuiuſque Eccleſiæ: Nam alicubi nullam dicti Prælati iuriſdictionem propriè exercent; alicubi verò in cauſis tantùm leuibus, idque vel cumulatiuè cum *c* Epiſcopo; vel priuatiuè, ita vt in prima inſtantia cauſæ ciuiles ſuorum Clericorum ad ipſos deferri debeant. Sed excommunicationis cenſura inter cauſas graues reputari ſolet; cùm ad alterum gradum meri imperij *d* ſpectet: quamobrem non facilè illis concedi ſolet. Videre etiam licet in pleriſque apud nos ſecularibus Eccleſijs, primæ dignitati, quæ *Præpoſitura* dicitur, iuriſdictionem & curam nullam annexam eſſe; ſed ſecundæ, quæ per Collegij electionem, & Epiſcopi confirmationem confertur, ac dicitur *Decanatus*.

a *Innoc. in c. 3. princ. de Off. Ordin. Imola n. 6. Ioan. Andr. n. 8. arg. l. vlt. C. de iuriſdict.*

b *Abb. in cit. c. 3. n. 3. & in cap. ſi quis contra, n. 50. 51. de foro comp. Imola cit. n. 6. Gl. in cit. c. 3. ver. Eccleſiaſtica ſententia, arg. eius textus.*

c *Innoc. in c. quanto, n. 2. de Off. Ordin. Abb. in c. cum contingat, n. 29. de foro comp.*

d *Mol. tr. 5. de iuſt. diſp. 5.*

CXLIII. Mortuo Rectore Eccleſiæ Collegiatæ ſecularis iuriſdictio, & adminiſtratio, ſpectato communi iure, non tranſit *a* ad Capitulum, ſed manet penes Epiſcopum, cui Eccleſia ſubiecta eſt. Quòd enim Sede vacante Capitulum iuriſdi-

a *Innoc. in c. cùm acceſſiſſent, n. 3. de Conſtit. Felinus in c. his qua, 11. notuo 4. & 5. de maior. & obed.*

Digitized by Google

ctionem habeat, de Eccleſijs tantùm Cathedralibus expreſſum *b* eſt: quibus æquiparantur *c* eæ Eccleſiæ, quæ ab Epiſcopo exemptæ, quaſi Epiſcopalem iuriſdictionem obtinere cenſentur. Cæterùm ſi in Eccleſia Collegiata inferiore, ſpeciali iure, aut *d* conſuetudine, Capitulum vnà cum Rectore, ſeu Decano iuriſdictionem exerceat, tum eo mortuo, ſeu Sede vacante, ſolum *e* etiam Capitulum retinebit poteſtatem.

b *c. cùm olim, 14. de maior.*
c *cit. c. his qua.*
d *c. irrefragabili, 13. §. exceſſus, de Off. Ordin.*
e *Felinus cit. c. his qua, §. Secundus caſus, arg. c. Vn. Ne Sede Vacante, in 6.*

CXLIV. Præter Archibresbyterum de vrbe *a*, ſeu ciuitatenſem *b*, qui Cathedralis Eccleſiæ Decanus eſt; aliorum in iure mentio *c* fit, qui apud ſingulas plebes, ſeu per minores titulos conſtituendi ſunt, vt tum *imperiti d populi ſolicitudinem gerant*, tum *Presbyterorum vitam ingi circumſpectione cuſtodiant*. Aliàs Vicarij ſeu *Officiales foraneid*, aut Decani rurales appellari ſolent. Cùm enim Epiſcopus omnibus intereſſe atque intendere non poſſit, ideo neceſſe eſt, vt onera partiatur; & ſicut ipſe (cum Archidiacono ſuo, & Vicario generali) Cathedrali Eccleſiæ inuigilat, ita alios Vicarios foris conſtituat, ad inuigilandum commiſſis ſibi ouibus.

a *c. 3. de off. Archipresb.*
b *Gl. in c. Vlt. eod. Ver. Vt ſingula,*
c *cit. c. Vlt.*
d *Clem. 2. de reſcript. iun. Gl. Ver. Foraneo.*
c *cit. c. 3. de offic. Archibresb.*

CXLV. Neceſſarium eſt, vt Decani iſti, rurales iuriſdictione aliqua *a* præditi ſint tum erga populum, tum erga clericos ſuorum finium, ac veluti regiunculæ ſibi commiſſæ. Dependent tamen in omnibus ab Epiſcopo, & Vicario eius generali, ita vt ſecundùm eorum mandatum *b* omnia agere debeant, & quæ dubia occurrunt, aut maioris momenti negotia ſunt, ad ipſos referre. Neque permittitur pleriſque locis, vt excommunicationem

a b *c. Vlt. iun. Gl. Ver. referans, de offic. Archipresb.*

Digitized by Google

inferant inconſulto Epiſcopo, vel Vicario eius: cùm & hæc cauſa grauis ſit, quippe inter Eccleſiaſticas pœnas maxima.

c *a. corripiantur, 17. cauſa 24. q. 3.*

CXLVI. Num Officiales, ſeu Decani rurales iuriſdictionem delegatam habeant ad vniuerſitatem cauſarum; plerique aiunt *a*: Alij autem putant *b*, eos habere ordinariam. Sed diſtinguendum eſt: In quibus locis ab Epiſcopo conſtituuntur, eiuſdemque arbitratu amouentur, cenſeri debent delegati: Cum Epiſcopo conceſſum non ſit ordinarios infra ſe, Iudices Eccleſiaſticos conſtituere. Sed quibus locis Decani fiunt per electionem Capituli ruralis, & ab Epiſcopo, vel Vicario eius confirmantur, cenſeri debent *c* ordinariam iuriſdictionem habere, ſubordinatam Epiſcopo; ita vt Epiſcopus cum ijs concurrat, & ad eum appellatio *d* detur, vel ad Vicarium eius. Cæterùm, licet ordinarij Iudices ſint, tamen dignitatem Eccleſiaſticam, vt alij Eccleſiarum Prælati, non habent: quare nec Sedis Apoſtolicæ *e* delegati, nec Iudices conſeruatores *f* eſſe poſſunt.

a *cùm Gl. in cit. Clem. 2. ver. foraneo, vbi Zabar. q. 24.*

b *Gl. fin. in c. vlt. de Offic. Vicarii.*

c *Innoc. in c. 3. de Offic. Ordin. & dictum eſt ſuprà concl. 49.*

d *Zabarella in cit. Clem. 2. q. 24. & alij cōmuniter.* e *cit. Clem. 2.* f *arg. c. vlt. de off. deleg. in 6.*

CXLVII. Epiſcopus, vel Vicarius eius priùs confirmare non debet electum Decanum ruralem, quàm facta diligente inquiſitione, eius vitæ probitatem, & rerum agendarum peritiam perſpexerit. Nam tota pene diſciplina, & honeſtas cleri, à quo reliquus Chriſtianus populus verbo & exemplo inſtruendus eſt, à Decanis ruralibus, tanquam anteceſſoribus, regi & conſeruari debet.

Videri poteſt Syn. Auguſt. habita Anno Chriſti 1548. ſub Ottone Cardin. cap. 7. Syn. Treuirenſ. eod. Anno habita ſub Ioan. Archiepiſc. prope finem, Synod. Colonienſis Anno Chriſti 1549. habita ſub Adolpho Archiepiſc. n. 26.

Quod

Quod ſi ij ipſi ſegnes, aut diſſoluti ſint, quomodo alios in officio conſeruabunt? Quare neceſſe eſt, vt Decani, poſt editam Fidei profeſſionem, etiam iuramento aſtringantur, quòd Fideles Eccleſiæ Miniſtri, atque Officiales eſſe velint; videl. vt commiſſas ſibi perſonas, & loca ſacra viſitent, Capitula congregent, quæ emendanda videntur, emendent; Clericorum rixas, ebrietates, & alia ſcandala impediant; ſin minùs poſſint, ad Ordinarium referant; ſcientes, quòd munere ſuo obligati ſint, & ſupremo omnium fidelium Paſtori Chriſto rationem reddere debeant.

Caput octauum.

DE PAROCHIS EORVMQVE VICARIIS, ET COOPERATORIBVS.

CXLVIII.

PArochi, qui & Plebani *a* dicuntur, ſunt ordinarij animarum paſtores, ſeu iuriſdictione ordinaria præditi in foro conſcientiæ. At verò in externo foro iuriſdictionem non *b* habent; (niſi ſint *c* aliorum Capita ſeu Decani) neque excommunicare *d* aliàmue cenſuram ferre poſſunt. Quare attendere debent, num pœna canonis, quæ tranſgreſſori ſtatuta eſt, videl. excommunicatio, aut interdictum, ſit latæ ſententiæ, an ferendæ. Si hoc poſterius, ad Epiſcopum priùs referre debent, quàm hominem ab Eccleſia prohibeant, v.g. ob

a *c. 3. de Off. Ordin. c. 1. de mut. petitionibus.*
b *arg. c. de perſona, 38. iun. Gl. Ver. ab alio, cauſa 11. q. 1.*
c *cit. c. 3.*
d *Abb. in c. 2 n. 10. de Off. Ordin. & in repet. c. ſi quis contra, n. 52. de foro comp. Sotus in 4. d. 22. q. 2. a. 1. Nau. in man. c. 27. n. 5.*

S. Comunionem in Paſchate non *e* acceptam; niſi alia ſit conſuetudo diœceſis, adeoque adſit tacita commiſſio Epiſcopi. In priore autem caſu, ſi videl. ipſo iure aliquis incurrerit excommunicationem, & res notoria ſit, prohibere poſſunt hominem à ſacris, donec abſolutus ſit; imò debēt prohibere, ſi vitandus ſit, v. g. ob clerici percuſſionem.

CXLIX. Quòd Parochi, alijque expoſiti Confeſſarij pœnitentes in foro pœnitentiæ ab excommunicatione maiore, ſi Auctori ſuo reſeruata non ſit abſoluere poſſint, eſt communis *a* Theologorum ſententia; eamque in praxi obſeruari teſtatur Ægid Coninck *b*; atque indicat formula, quæ comuniter Confeſſarijs præſcribi ſolet: *Dominus noſter Ieſus Chriſtus te abſoluat, & ego auctoritate illius abſoluo te inprimis à vinculo excommunicationis, in quantum poſſum* &c. Quare cùm *indultum à iure* c *beneficium non ſit auferendum d*, ſeu inferior non poſſit tollere beneficium, quod ſuperior contulit, declaratione aliqua indigere videtur, quod in quibuſdam Germaniæ Synodis omnis excommunicatio maior inter caſus Epiſcopo reſeruatos numerari ſolet; niſi intelligatur, ſicuti in Conſtantienſi expreſſum *e* eſt, de iudiciali, ſeu ea quæ ab homine, id eſt, Iudice per ſententiam illata, aut declarata eſt: Aut fortaſſe intelligitur ſecundùm diſtributionem accommodam, vt Confeſſarij non abſoluant ab excommunicationibus illis *f*, quæ

e Th. mor. lib. 5. tr. 4. c. 5. n. 10.

a S. Th. ad. dis. 3. p. q. 23. a. 1. Bonau. in 4. d. 18. p. vlt. q. 16. ibid. S. Th. q. 2. a. 5. Syl. uer. abſolutio, 1. n. 4. & 5. Nau. c. 27. n. 39. Sotus in 4. d. 22. q. 2. a. 2. concl. 3. ubi ait, eſſe indubitatum, Armilla ver. caſus, n. 5. Henriq. lib. 13. c. 28. §. 5. & cap. 35. §. 2. Suar. tom. 5. de cenſur. diſp. 7. ſ. 3. n. 23. Conink de Sacram. diſp. 14. dub. 16. n. 230. Tolet. lib. 1. c. 16. contra Sairum in theſ. lib. 2. c. 19. Tabien. ver abſolutio, 2. n. 3. Couar. in c. alma, p. 1. § 12. n. 5. b *cit. loco, n. 32. contra Tabien, & Couarr. cit. locis.* c *c. nuper 29. de ſent. excomm.* d *reg. 17. in 6.* e *Syn. Conſtant. Anni* 1610. *p. 1. c. 11. n. 17.* f *annotauit Syl. cit. n. 5.*

Sum.

Sum. Pontifici, aut Epiſcopis de iure reſeruatæ ſunt. Quòd ſi verò in aliqua diœceſi per conſuetudinem introductum ſit, vt Parochi, & alij Confeſſarij inferiores à nulla excommunicatione maiore abſoluere poſſint, ea *g* obſeruari debet.

g Syl. Suar. Tabiena locis citatis, quamuis Coninck l. c. n. 231. arbitretur, ferme neceſſariam eſſe Confeſſariis aliquam ab excommunicatione abſoluendi facultatem.

CL. Quòd à caſibus Papalibus, qui per accidens, propter impedimentum adeundi Papam, Epiſcopales fiunt *a*, ſi neque Epiſcopus, eiúſue Vicarius adiri poſſit (v. g. à Moniali incluſa) Parochus, aliúſue inferior Confeſſarius abſoluere poſſit, non pauci DD. tradunt *b*; ideoque probabile iudicari debet. Cùm enim à caſu Papali reſeruatio tollitur propter impedimentum adeundi Pontificem, inferioribus Ordinarijs committitur; inprimis quidem, & ante omnes Epiſcopo; ſed in defectum eius, etiam alteri proprio *c* Sacerdoti. Semper tamen id obſeruari debet, ſiue Epiſcopus, ſiue inferior Sacerdos, propter neceſſitatem quamcunque abſoluat à caſu Papali, quòd ſublato impedimento, obligatio incumbat *d* pœnitenti abſoluto, ſiſtendi ſe Pontifici; non vt iterum abſoluatur, (cum verè ac directè abſolutus fuerit) ſed vt mandatum ſatisfaciendi, &c. accipiat.

a arg. c. de caetero, 11. c. de Monialibus, 33. de ſent. excomm.
b Felician. de cenſur. col. 129. 139. Sotus in 4. d. 22. q. 2. a. 3. concl. 5. Syl. Ver. abſolutio, 3. in fine, & eod. Ver. 4. n. 5. Henriq. lib. 13. c. 27. n. 3. lit. b. Suar. tom. 4. diſp. 30. ſ. 3. n. 8. & ſeqq. Filliucius tom. 1. lib. 7. c. 10. q. 2. n. 274. c *arg. c. nuper, 29. de ſent. excomm.* d *c. eos qui, 22. de ſent. excomm. in 6.*

CLI. Parochi, ſeu Curati Sacerdotes, Cooperatores aſciſcere, eiſq; , ſi ab Epiſcopo approbati ſint, iuriſdictionem delegare poſſunt, etiam ad abſoluendum ab excomunicatione *a* non reſeruata;

a Conink de Sacram. pænit. diſp. 14. n. 231.

cùm

cùm ipſis (ſecundùm communiorem DD. *b* ſententiam) talis abſoluendi facultas ratione officij ſui paſtoralis commiſſa, in ordinariam tranſeat, ideóque delegari *c* poſſit. Quin imò Curatus, ex cauſa neceſſaria, v. g. ob incidentem infirmitatem, ſi ipſemet muneri ſuo præeſſe nequeat, alium idoneum & approbatum Sacerdotem ſubſtituere *d* poterit, totam ei curam & adminiſtrationem interim committendo; dummodo ſpes ſit valetudinis breui recuperandæ : alioquin, ſi diu duret, v. g. aliquot menſibus ſpectata in hoc cuiuſque diœceſis conſuetudine, Ordinarius *e* admonendus erit, vt Vicarius temporalis cum auctoritate inſtituatur. Sin verò ob iuſtam cauſam diſcedere debeat Parochus, tum ſeruari debet Trid. Conſtitutio *f*, vt ab Ordinario licentia obtineatur, & cum eiuſdem conſenſu Vicarius relinquatur.

b *ſuprà concl.* 149.
c *ſuprà concl.* 58.
d *Zabar. in Clem. vn. q. vn. de offic. Vicarij, Ioan. Andr. in c. cùm ex eo, n. 2. de elect. in 6. Abb. in c. extirpanda, §. Qui verò, n. 12. de præb. Sanch. lib. 3. de matrim. diſp. 31. n. 11. e arg. cit. c. cùm ex eo, 30. de elect.* f *ſeſſ.* 23. *c.* 1. *de reform.*

CLII. Nomine Curatorum comprehenduntur etiam Vicarij in parochijs intitulati, atque perpetui; cùm & ipſi ordinariam curam *a* & iuriſdictionem habeant. Quamobrem dicunt DD. *b* quòd exercitium iuris parochialis in pertinentibus ad curam animarum pertineat ad Vicarium intitulatum; ita vt Rector Eccleſiæ, ſeu beneficij cui parochia incorporata eſt, ſe immiſcere non debeat *c*: at verò exercitium iuris parochialis quoad externam defenſionem, vindicationem, ſicuti & ad fabricæ conſeruationem, pertineat ad Rectorem Principalem, ſi is maiorem fructuum partem percipiat, v. g. Abbas Monaſterij, cui Parochia incorporata eſt. Veruntamen pro iure vicariatus ſui retinen-

a *Innoc. in c. ſua, 5. de offic. Ordin. arg. l. 2. C. de offic. eius quo vicem alicuius, &c.*
b *Zabar. in Clem. vn. de offic. Vicar. q.* 10.
c *in qq. de elect. q.* 108.

tinendo, aut recuperando ipſemet Vicarius *d* aget; quia eius principaliter intereſt. *d Syl. Ver. Vicarius, q. 2. dicto 4.*

CLIII. Licet Vicarius intitulatus alium ſimilem Vicarium ſubſtituere *a* haud poſſit; cum neque Rector Ordinarius parochiæ *b* id poſſit; attamen Vicarium temporalem, ſeu ad tempus breue, propter neceſſarium impedimentum ſubſtituere non prohibetur *c*, perinde vt alius Curatus. Veruntamen Vicarius temporalis, qui titulum non habet, ſed ad tempus ab Epiſcopo conſtitutus eſt, v. g. dum Parochus in ſtudijs verſatur, donec Sacerdos factus ſit, nouitiatum Religionis compleuerit; vel ob ſenium, aliámue infirmitatem ineptus, vitam finierit; talis, inquam, Vicarius, ſi officium ſolus explere nequeat, Cooperatorem ſibi aſciſcere *d* poterit: ſed totum officium vicariæ alteri commendare nequit: Niſi conſuetudo id permittat, quæ plurimis locis eſt *e*, vt Vicarij temporales ad breue aliquod tempus, alium loco ſuo ſubſtituant, ſi ex neceſſaria cauſa eos abeſſe oporteat.

a c. clericos, 4. de Offic. Vicar. *b arg. c. extirpanda, ff. Qui vere, de præb. DD. communiter apud Sanch. cit. n. 11.* *c Anton. de Butrio in cit. c. clericos, in fine, Zabar. cit. q. 11.* *d Syl. Ver. Vicarius, q. 5. Nau. in c. placuit, n. 69. d. 6. de pænit.* *e Th. moral. lib. 5. tr. 6. c. 10. n. 13. Sanch. lib. 3. diſp. 31. n. 15.*

CLIV. Intereſt inter Vicarium temporalem, & Cooperatorem Parochi. Nam Cooperator habet iuriſdictionem *a* delegatam, adeoque diuerſam à Parochi iuriſdictione. Sed Vicarius ſeu Vicecuratus, qui loco Parochi abſentis, vel infirmi ad tempus ſubſtituitur, habet eandem *b* iuriſdictionem, quamuis dependentem; cùm vt mercenarius deſeruiat, amobilis ad nutum Parochi con-

a ex communi Conſuck de Sacram. pænit. diſp. 8. n. 24. *b Rob. Maranta de Ord. Iudic. p. 4. d. 5. n. 8. & 17.*

ſtituen-

Digitized by Google

ſtituentis; quin etiam Epiſcopi : quandoquidem Parochus officium ſuum parochiale in alterum transferre non poteſt, niſi cum præſumpta licentia, & dependentia ab Epiſcopo. Ex quo aliud diſcrimen *c* oritur, quòd Cooperator, abſque Parochi ſeu ordinarij commiſſione, alteri ſublegare non poſſit poteſtatem audiendi confeſſiones, aſſiſtendi matrimonio, &c. At verò Vicecuratus id poteſt *d*; Eò quod iuriſdictionem ordinariam exerceat, ratione parochialis officij ipſi ad tempus conceſſi.

c Coninck cit. n. 30.

d concl. prae. & concl. 58.
e Maranta cit. n. 17. contra Sanch. cit. diſp. 31. n. 14.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

FINIS.

Omnia ad maiorem Dei Gloriam.

Digitized by Google

ed by Googl

BIBLIOTECA